Et si quis in aliquo termino dictorum bannimentorum + compareret, et offerret plusquam fuerit æstimata, seu illud quod fuerit æstimatum, tunc per Curiam d.a tenuta, seu tanta quantitas d.e tenutæ in solutum, et pagamentum ex secundo decreto, quantum capit mensura debiti petiti, et pro expensis legitimis, et taxatis per dictam Curiam adiudicetur pro sexta parte minus quam fuit æstimatam. + adde ...

Liceat tamen dicto Actori non obstante d.a adiudicatione d.a bona ut supra adiudicata, aut vendita ut supra reluere intra terminum quindecim dierum à die venditionis, seu adiudicationis, et notificationis eidem domi, vel personaliter quomodolibet facta, si quantitas fuerit quinquaginta librarum et ab inde infra.

Si vero fuerit à quinquaginta libris supra triginta dierum à die venditionis, seu adiudicationis, et notificationis ut supra.

Soluendo tamen effectualiter d.o Emptori, seu Actori sortem principalem petitam, et expensas legitime in causa factas, et taxatas.

Et quod ubi non reperiuntur de bonis Debitoris, in quibus d.a Tenuta Actori, ad petitionem d.i Actoris procedatur contra Debitorem ad cogendum eum personaliter, prout per Actorem d.e Curiæ fuerit postulatum.

Volumus etiam, quod in oblationibus bonorum quæ fient ... facta æstimatione similiter fiat adiudicatio d.o Actori pro sexta parte minus valoris rei æstimatæ absque aliquo alio termino ad reluendum soluendum, et satisfaciendum.

Addi...

Li
Mobili

16 v

ADdicientes, quod in exequutionibus fiendis ad instantiam Actoris exequi quoquomodo non debeat super Bobus aratorijs, et instrumentis ad arandū deputatis, neq; super sementa illius anni deputata, neq; super Vestimētis mulierum, linteaminibus Coopertis, et alijs pro lecto deputatis Vestimentis, et armis Militum in seruitium militiæ, et Hominū deputatis, et si aliter fieret dᵃ tenuta, et exequutio inde facta nullatenus ualeat.

Et dictus Actor semper, et omni tempore ad restitutionem dictorū bonorū ablatorum penitus teneatur, et pᵗᵃ locum habeant quando alia bona mobilia, seu stabilia, aut nomina Debitorum reperirentur, quæ ad satisfationem dicti Actoris pro petitis, et expensis sufficere possint.

Volumus autem, quod omnes, et singulæ causæ tam ciuiles, quā Criminales diffiniantur modo, et ordine infrascripto Vž quod Curia teneatur, et debeat diffinire, et terminare questiones ciuiles infra duos menses, à die litis inceptæ.

Et questiones criminales in termino quatraginta dierū ad penā decē librarū ac litis expensarum partis instantis, pro expeditione, refectione, seu satisfatione pro qualibet uice, et qualibet questione, et processu, dummodo ab aliqua ipsarum partium semel tātum fuerit petitū uel postulatū.

Et quod omnis questio Abatianorū quæ mota erit in dᵒ Statu diffiniri, et terminari debeat ibidem, et nō alibi, et si secus fieret, nō ualeat ullo modo. et nihilominus contrauenien[s] in quinq; libris absq; aliqua diminutione puniatur, nisi aliqua allegabilis causa suspitionis seu grauaminis appareret.

De Libelli Oblatione

[illegible]tuimus, et Ordinamus, quod in omnibus, et singulis Causis Ciuilibus non excedentibus summam, seu ualorem quinquaginta librarum per Curiam dⁱ Communis Jus sūmariū reddatur et non possit aliquid opponi contra petitionem simpliciter penes acta fact[…]

factam occasione solennitatis omissæ.

Teneaturq; d.s Reus, antequam decedat de Palatio d.e petitioni respondere, et confitere, aut negare contenta in d.a petitione, dummodo de contentis in dicta petitione p.tus Reus uerisimiliter scientiã, aut notitiã habuerit et habere potuerit.

A dictis uero quinquaginta libris supra Actor suũ in scriptis exhibeat libellum, seu petitionem, et si Reus comparuerit, et copiam petierit teneatur Actor dictam copiam suis sumptibus dare dicto Reo, seu eidem per baiulum d.i Comis transmictere cum termino quinq; dierũ utiliũ et peremptoriũ à die receptæ copie proxime connumerandorũ per dictã Curiam assignan. ad opponendum quicquid uult, et potest contra dictum libellum, et si per dictum Reũ in dicto termino opposite fuerint exceptiones, quæ habeant impedire litis contestationem tunc per Curiam pronuntietur litem non esse contestandam super tali libello, seu petitione stantibus dictis exceptionibus. (Copia libe[...]

Et si dictæ tales exceptiones non fuerint quæ ualeant impedire litis contestationem, uel quod Reus in terminũ sibi statutum exceptiones non produxerit, Tunc per Curiam pronuntietur litem esse contestandam super d.o libello, seu petitione, et cogantur ambe partes ad predicta, et deinde per Curiam terminus decem dierum detur parti incũbenti ad probandum, intra quem terminum testes ad Juramenta recipi[...] et probationes fiant, deinde ad petitionem cuiuslibet partis e[...] et attestationes unà cum toto Processu aperiantur, [...] partibus ad accipiendum copiam, et opponen. contra terminus qu[...] dierum statuatur, postea producantur Jura, et Instrume[...] inde concludatur in causa [...] prout de Jure per Curiã [...]

Volumus tamen, et declaramus, quod [...] et quecumq; causa [...]naria, uel extraordinaria minori, ac maiori s[...] aut aliqua ipsarũ fuerit petitum consilium Sapient[...] ante latam sententiam, quod tunc, et eo casu per dictum [...]

17 v.

cedatur, et concedi debeat sumptibus tamen d. petentis, et instantis
causam sic expediri, facto tam deposito per eam penes curiam, seu idoneá
personam de condecenti salario, et mercede pro consultore, et Nuncio
infra terminū quinq. dierum post Instantiam factam pro expeditione d.ae
causé ut supra, Intra quem terminum per partem instantem habita
consideratione litis, et causé dictum salarium effectualiter deponi
debeat, et Jura dictarum partium unà cum toto Processu insacculentur
et sigillentur, et sic insacculata, et sigillata alicui Sapienti partibus
non suspecto transmictatur, et prout consultum fuerit p.tus D. Com.s
seu ad regimen deputatus suam proferat sententiam, et nil aliud
pro sportulis recipere, et habere possit nisi usq. in sūmam duorū Juliorū
dumptaxat, et non ultra.

Et si pro parte d.i litigantis seu instantis differatur d.m Processum extra=
hi, et transmicti infra terminum supradictum, seu salarium predictū
deponi, tunc et eo casu p.tus D. Comissarius, seu ad regimen deputatus
ad ulteriora procedere possit pro expeditione causé, et prout Juris fuerit
diffinitiuam proferat sententiam, non obstantibus allegatis ut supra.

ADditientes quod in omnibus, et singulis causis tam ciuilibus, quam cri=
minalibus aliqué nullitates non attendantur, neq. attendi debeant
seu possint, dummodo non sint concernentes legitimationem perso=
[illegible]um, aut incompetentiá Judicis, et citationis.

[illegible] debeat fieri partitū in Ciuilibus

[illegible]MVS [illegible]t ordinamus, quod in causis Ciuilibus
[illegible] probationis liceat cuilibet [illegible] facere partitū alteri
[illegible] cum eo litiganti [illegible] ei quod iuret, aut referat si petita
[illegible] sint uera, quod quidem Juramentū sit, et esse
[illegible] partium litis decisione, et si iurare noluerit, quod
[illegible] p.tu offerenti deferatur, et prout iuratū fuerit per Curiá
d.i

Offerentis

17 v.

d.i Co'mis exequutioni demandetur.
Quod quidem Juramentum pro intereße ipsarú partium in futurum reprobari non possit, nec ad Fisci instantiam.

De modo allegandi absentiam

STATVIMVS, et ordinamus, quod quicumq. fuerit de d.o Statu, uel eius destrictu absens, et citatus, uel requisitus fuerit coram Curia d.i Co'mis ad petitionem cuiuscumq. personæ, seu Curiæ ad respondendum de Iure, uel quacumq. alia occasione, quilibet attinens, siue Vicinus, et quacumq. alia persona possit, et sibi liceat coram ipsa Curia personaliter comparere, et talis citati, uel requisiti absentiam allegare Recepto prius Juramento à Curia Co'munis, qui iuret manibus tactis scripturis, quod non allegat d.m absentiam causa prorogandi tempus d.o tali absenti, et Curia Co'munis debeat assignare d.o tali absentiam alleganti terminum competentem, ad faciendum comparere d.m requisitum absentem, secūdū distantiam loci, ubi d.s citatus permanserit, prout ipsi Curiæ melius uidebitur conuenire, et p̄n̄s capitulum locum habeat tam in ciuilibus, quam in Criminalibus causis.

D[illegible] executione [illegible]

18 v

uitiosa, cancellata, uel in aliqua eorum parte suspecta, saluo quod non eſsent occasione ludi prohibiti, et tunc per Curiam minime admictantur, sub pena uigintiquinq. librarum pro qualibet uice, qua per Curiam d.ti Status fuerit contrafactum, et nihilominus ipsa Curia cogat ambas partes ad soluendum penam pro ipso ludo.

Qualiter Fideiubens pro aliquo indenis conseruetur

STATVIMVS et Ordinamus, quod si quis pro aliquo fideiuſserit in ciuilibus, Criminalibus causis, seu mixtis, seu quacumq. alia causa, ipse fideiubens nullo modo per Curiam d.ti Comis cogatur si, et in quantum principalis pro quo fideiuſsio facta fuerit habeat unde soluat, sed ipse principalis si habet unde soluat primo conueniatur quam ipse Fideiuſsor.

Et si dictus principalis non habet unde soluat, seu Curiæ non paruerit, tunc ipse Fideiuſsor cogi, et constringi poſsit, et si dictus Fideiuſsor quomodocumq. et qualitercumq. coactus fuerit pro ipso Principali, et aliquid pro eo soluerit aut aliquod dānum receperit, tunc Curia uinculo Juramenti ad petitionem d.ti Fideiuſsoris d.m Principalem cogere, et constringere realiter et personaliter de facto, et sine strepitu, et figura Judicij ad restitu-

prout conſueuerit fieri hominibus d.i Status in loco illo, unde fuerit
dictus talis forenſis, si de hoc d.s talis forensis legitimam fidem produxerit
sin autem modo, et ordine ſupradictis inter Terrigenas d.i Status, et si dictus
forensis coram dicta Curia aliquid petierit ab aliquo d.i Status, et ille
à quo aliquid peteretur per dictum forensem, uellet ipsum forensem reconuenire
Tunc d.s forensis per dictam Curiam nullatenus audiatur, nisi prius preſtet
idoneam fideiuſſionem de Judicio siſti, et iudicatum ſoluere.
Et si per aliquem de d.o Statu aliquid peteretur contra d.m forensem per d.m
Curiam sibi similiter Jus summarium fiat.
Si uerò aliquis de d.o Statu aliquid recipere deberet ab aliquo forense, qui
forensis coram Curia d.i Comis conueniri non poſſit, et ipsius forensis
aliqua bona in d.o Statu reperirentur, tunc Curia recepta fide per Actorem
per publicum Inſtrumentum, aut per idoneos teſtes de d.o debito contra d.m
forensem ad petitionem d.i Actoris teneatur, et debeat d.a bona d.o forensi
facere sequeſtrari, et si d.s forensis infra terminũ per d.m Curiam eidem
aſſignan.s coram ipsa Curia non comparuerit eidem Actori de Jure reſponsurus
Tunc per dictam Curiam ad petitionem d.i Actoris attendatur circa expeditionem Proceſſus, et adiudicationem, et pagamentum d.o Actori pro quantitate, et expensis legitimis, si uerò d.s forensis in d.o termino coram d.a Curia
comparuerit, et ſolutionem debiti petiti per publicum Inſtrumentũ uel per
idoneos teſtes, aut alias quomodolibet legitimas probationes, et se ad d.m debitum
non teneri docuerit, Tunc d.a Curia teneatur, et debeat dictum forensem
absoluere à dicto debito contra eum petito sine strepitu, et figura Judicij
et petentem in Centum ſol. denariorũ condẽnare, et ad reſtitutionẽ dãnorũ
et intereſſe forensi predicto.
4 Dicientes et declarantes, quod in allegatione alicuius suspecti [illegible]
in primis, et ante omnia Curiae d.i Status conſtare de credito per pu-
blicum inſtrumentum, seu saltem per semiplenam probationem [illegible]
et eo casu licentia exequendi manu Actuarij ſcripta contra d.m forensem
suspectum, aut eius bona concedatur, et si aliter concederet in [illegible]

[illegible]

quinquaginta librarū, et ad refectionem dānorum, expenſarū, et Intereſſe dicto ut ſupra in ſuſpectum allegato, et detempto in ſuo ſindicatu cōdēnetur. Liceat tamen unicuiq. forenſi dare, et preſtare idoneam cautionem, et fideiuſſionem de ſtando Juri, et iudicatum ſoluen. per idoneos Homines d.i Status, qua cautione preſtita ab omni ſuſpitione, et deteptione liberetur.

De ordine retinendo in Appellationibus

STATVIMVS, et Ordinamus, quod ſi eſſet lata, aut data aliqua ſententia, aut pronuntia diffinitiua, aut interlocutoria per D. Comiſſarium, ſeu ad regimen deputatus, et Curiam d.i Status contra aliquem, et ille talis contra quem lata, et data fuerit, intra terminum decem dierū à die late dicte ſententie, ſeu pronuntie proxime ſubſequentium connumerandorū appellauerit ad Ill.mū D. D. ALBERICVM CYBO MALASPINA, ſeu eius Auditorem, aut locumtenentem, teneatur, et debeat d.m Appellationem intra alios decem dies immediate ſequentes proſequi, et ſe una cum toto Proceſſu totius Cauſe, clauſo, & ſigillato ſuis ſumptibus extracto per manus Actuarij d.e Curie, cum citatione partis fien. preſentare, et cauſe huiuſmodi diffinitionem reportare coram Curia d.i Status parte citata infra terminum aliorū triginta dierum ſequen. et proxime cōnumeran. et decurrēdor. Alias ſi in aliquo ex predictis defecerit d.a ſententia, et Pronuntia ut ſupra lata, et data ualeat, et teneat pleno Jure, et amplius per d.m Curiam ſuper dicta [illegible]ppellatione non audiatur.

57 2.a p.te

[illegible]ena Actoris nō cōparētis hora debita

[illegible]TATVIMVS, et ordinamus, quod quilibet Actor, qui aliquem citari fecerit perſonaliter, aut bis domi coram Curia dicti Status, et in termino ipſius citationis non comparuerit corā ipſa

Curia

Curia, et talis sic citatus perſonaliter ſe preſentaret coram d.ª Curia aut eius legitimus Procurator puniatur talis Actor ſummarie per ipſam Curiam in decem ſolidis den. qui ſint d.ⁱ talis citati, et comparenti loco intereſſe, et dictus Actor amplius non audiatur per dictã Curiam, niſi prius ſolverit dictam penam, et contumaciã ut ſupra.

Qualiter Pupillis Orphanis Viduis, et Ecclesijs Jus Sumarium fiat

STATVIMVS, et ordinamus, quod per Curiam d.ⁱ Comis Pupillis, orfanis, et Minoribus uigintiquinq. annis, Viduis Eccleſijs et alijs miſerabilibus perſonis Jus fauorabile, et Sũmmariũ reddatur per ſimplicem petitionem, et abſq. ſolẽnitate libelli, aliſq. ſolẽnitatibus omiſſis in iudicio, et extra.

Et si quis contra aliquem minorem ut ſupra agere uoluerit à quinq. libris ſupra, quod in primis, et ante omnia prouideri petat per d.ᵐ Curiam eid. pupillo, ſeu minori de Idoneo Tutore, et Curatore pro tempore reſpectiue et demum eius petitionem uerificare per publicum Inſtrumentũ, Apocam ſeu Teſtes idoneos, alias per dictam Curiam exequutio, et tenuta aliqua d.º tali Actori non ſeruata forma p.ᵗᵃ concedi non debeat, et ſi aliter fieret nullatenus ualeat.

De Salario Scripturarũ Ciuilium et Criminaliũ Causarũ, et solutione Exequ[illegible]nis

STATVIMVS, et ordinamus, quod D. Comiſſarius [illegible] libet alius ad regimen deputatus, eius Eluarius, Cancellarius [illegible] ſiue Notarius Curiæ tam in Ciuilibus, quam Criminalibus [illegible] eiusq. Exequutores; et Officiales infraſcriptum tantum [illegible] tere, et habere poſſint, et ſi aliud ultra ſibi quomodocunque [illegible]

cerint

20v

cerint, aut ab aliquo receperint, in duplum in eorum Sindicatu reddere et restituere condenetur per Sindicum d.ae Comis dicto tali à quo illud plus receperint, et in tantudem pro pena.

Quod si quis petierit contra aliquem aliquam pecuniarū summā, seu aliquid alivd coram d.a Curia, d.s Actor teneatur, et obligatus sit soluere pro capitibus solidorum pro quolibet floreno per eum petito, seu illius valore rei petite d.e Curie p.ti Ill.mi Dni quatrenos duos currentes describeng per dictam Curiam penes dictam petitionem vel in Margine d.e petitionis seu Actu in libro Actorū Ciuilium dicte Curie descripti.

Et si aliquis dicta capita solidorū non soluerit nullatenus audiatur, et per Curiam ad concessionem exequutionis, seu Tenute et ad aliquos alios actus non deueniatur, et si aliter fieret nullatenus ualeat.

Nec non p.tus D. Comissarius, et quilibet alius ut supra ad regimē deputatus habeat, et recipere possit pro eius mercede ac emolumentis infra scriptas summas, et quantitatem iusta Taxam, et notulā inferius descriptam, et non ultra, sub penis, et refectione supradictis.

Pro Sigillo per eum impresso in quolibet Mandato, tam sub nomine singularis persone, quam etiam cuiuscunq. numeri, et diuersarū personarū esset bol unum.

Pro Sigillo literarum Remissorialium, seu in Causa cuiuslibet Processus Appellationis interposite, seu Recursus petiti ad p.ti Ill.mi D. seu eius Auditores, et locutenentes describendarum per Notarium Cause seu Causarum in totum computo dicto Sigillo Processus, et literarū bol duos.

Pro Juramento al[illegible] Suspecti de fuga cum commissione de capiendo, aut alia sua bona arrestando bol duos.

Pro exa[illegible] cuiuslibet Testis, tam in Ciuilibus quam Criminalibus Causis [illegible] articulis in scriptis d[illegible], et formatis, seu productis bol unū [illegible]

Pro qu[illegible]minato per extensū super Articulis, et Interogatorijs [illegible]ata sibi tangente.

Pro

9 Pro Juramento decisiuo pro rata sibi tangen' bol. unu'.

10 Pro examine, seu responsione Principalis super positionibus producti per Verbum credit, uel non credit pro ipsius parte in totu' bol. Vnum.

11 Pro accessu ad uidendum aliquam differentiam ad Instantia', uel de consensu partis seu partium si esset in Castro Materillæ, seu Pre:cepti, et eorum Burgis in totum accipere possit carolenos duos, et no' Vltra.

12 Si esset extra dicta Castra Materillæ, et Precepti in eoru' tm' pertine'tijs carolenos tres.

13 In alijs uero' Castris, Villis, et locis, et eorum pertinentijs Communis Status predicti carolenos quatuor in totum.

14 Si uero' p.tus D. Comissarius ad regimen deputatus esset V. I. D. recipere possit in duplum, modo, locis, et ordine superius declaratis.

15 Declarantes tamen d.m Viaticu' deponi debere per partes, seu partem pe:nes Notarium Causæ, et d.o D. Comissario, seu ad regimen deputato dari, et solui no' debere nisi prius diffinita causa principali, ad quam uidens pro decisione Veritatis facti accessit.

16 Pro qualibet sententia, et pronuntia diffinitiua penes acta describenda re:cipere possit prout infra.

17 Si summa esset unius Floreni, et ab inde infra bol. duos.

18 Si uero' esset ab uno Floreno usq; in duos Florenos bol. quatuor.

19 A dictis uero florenis duobus usq; ad florenos decem bol. octo.

20 A dictis uero' decem florenis usq; in quacumq; summam, et quantitatem bol. Sexdecim, et non ultra.

21 Et hoc locu' tm' habeat in Comissarijs ad Regimen [illegible] qui non essent I. V. D.

22 Si uero' esset I. V. D. petere et habere possit pro d[illegible] Sententijs, et pronuntijs diffinitiuis, et earum Sportulis usq; [illegible] summa' florenor[illegible] duoru', et ab inde infra bolonenos quatuor, Ab inde u[illegible] supra bo[illegible] Vnum pro quolt floreno usq; in sumam sexaginta [illegible]lorenor[illegible]

23 Ab inde uero' supra quacu'q; fuerit quantitas Florenos du[illegible]

21 v

PRo quolibet decreto, per eum interponens in transumptis Instrumentorũ Notarij defuncti, seu in Venditionibus, et alienationibus fiendis per Minores, et Miserabiles personas, et alijs rebus, et Causis super premissis, in quibus de Iure, et ex forma Statutorũ interpositio decreti requiritur recipere possit bolonenos quatuor.

Pro Sententijs Criminalibus Absolutorijs petitis, et obtentis, si esset pena pecuniaria recipere possit prout supra declaratũ est in Causis Ciuilibus.

Si uerò esset Capitalis pro uno tantũ, et absq; aliquibus socijs florenos quatuor.

S i uerò essent plures, et ultra Constituti, et Inquisiti florenos duos pro quolibet et non ultra.

Si uerò esset corporis afflictiua, et ex forma Iuris, aut presentiũ Statutorum imponen. medietatem prout supra declaratum est in capitalibus recipere possit, et non ultra.

Pro Pronuntia, et mercede cassature petite, et obtentę cuiuslibet Processus, et Sententie in causis Criminalibus, in qua pena esset imponen. usq; in summam Vigintiquinq; librarum, et ab inde infra bol. quatuor.

A, dictis uerò Vigintiquinq; libris supra, quecumq; fuerit quantitas recipere possit Carolenum Vnum, et si pena esset capitalis recipere possit Carolenos quinq;, Si uerò esset Corporis afflictiua carolenos [illegible]os.

PRo Pronuntijs uerò Interlocutorijs in Ciuilibus, neq; in Crimi[illegible]alibus Causis nil recipere possit, et si contra Contumacem relaxaretur Exequutio nisi esset in contradictorio Iudicio, et totius cause decisiua, et tunc [illegible] supra mo[illegible], e[illegible] Ordine declarato.

Pro [illegible] [illegible]sarum, quecumq; fuerit quantitas bol. quatuor.

Pro Pro[illegible]ntia Absolution[illegible] [illegible]etite, et Concesse cuiuslibet Cause, et Denuntie, Querele, s[illegible]u Inquisitionis, etiam ex Officio Curie, aut ad I[illegible]stantiam p[illegible]tis formate pro quolibet Inquisito bol. tres.

Notarius

NOTARIUS uerò Cauſarum Ciuilium, & Criminalium recipere poſſit pro eius mercede iuxta infraſcriptam Taxam VZ.

1 Pro qualibet Abolitione conceſſa, cum caſſatione Proceſſus formati tam ex Officio, quam etiam ad Accuſam, querelam, seu denuntiam partis, unà cum quocumq; actu, siue comparitione propterea facta in totum recipere poſſit bol. tres pro quolibet Inquiſito.

2 Pro. Caſſatione cuiuſlibet Sententiæ condenatoriæ, seu Proceſſus, si pena eſſet usq; in ſummam Vigintiquinq; librarum bol. quatuor, à dictis uerò uigintiquinq; libris supra, quacumq; fuerit quantitas recipere poſſit bol. ~~qr~~ sex.

3 Si uerò eſſet pena capitalis ~~bol. q~~ Carolenos quinq;

4 Si uerò corporis afflictiua carolenos duos.

5 Pro reſponſione Inquiſitionum, et fideiuſſione preſtita de Stando Iuri in totum computato actu bol. duos.

6 Pro qualibet promiſſione, et fideiuſſione de non offendendo Simpliciter, usq; in tertium gradum bol. duos pro qualibet parte.

7 Si uerò eſſet nominata, et comprehensi essent usq; in numerum quinq; perſonarum bol. duos pro qualibet parte, Si uerò eſſent nominati, à quinq; perſonis ſupra bol. quatuor pro qualibet parte.

8 Pro quacumq; uerò alia promiſſione sub quacumq; alia forma facta de nō diſcedendo, & ſimilibus concernentibus officium Curiæ bol. duos.

9 Pro ſcripturæ Inuentarij ex cauſa Confiscationis bonorū bol. quatuor, de alijs uerò Inuentarijs bol. duos.

10 Pro scriptura cuiuslibet Sententiæ Abſolutoriæ cum circulatione totius Proceſſus, Si quantitas penæ eſſet usq; in ſummā Vigintiquinq; [illegible] Computato actu bol. quatuor.

11 Si uerò eſſet à dictis uigintiquinq; libris supra usq; in quantita[illegible] quaginta librarum computato actu bol. sex, à dictis [illegible] libris ſupra quacumq; fuerit quantitas bol. [illegible]

12 Si uerò pena eſſet capitalis, aut aliter ultimi ſupplitij [illegible]

adest reformatio infra fol. 83. pro solutione [illegible]

22 v

Si uerò eſſet corporis afflictiua bol. ſexdecim.

Pro copia cuiusq. Sententiæ Capitalis, ſeu corporis afflictiuæ in publicã formã redactã bol. uigintiquatuor.

Si uerò eſſet Simpliciter extracta carlenos duos.

Pro petitione ſimplici penes acta deſcripta bol. unum.

Pro productione ſcripturæ, etiam ſi plures eſſent unico actu productæ computato actu bol. duos.

Pro reſponſione incontinenti per Verbum preſente in conſitendo, uel negando nil accipiat; Si autem fecerit aliquas alias contradictiones, et exceptiones pro qualibet reſponſione etiam ſi eſſet ſub titulo uerbo p̄nte recipere poſſit bolonenum Unum.

Pro productione teſtium computato actu, et Iuramento bol. duos.

Pro examine cuiuſlibet Teſtis, tam in Ciuilibus, quam Criminalibus Cauſis examinati Simpliciter absq. Articulis, et Interogatorijs pro ipsius parte bolonenum unum. Si uerò eſſet cum Articulis, et Interogatorijs pro eius parte bolonenos duos, et non ultra.

Pro Iuramento deciſiuo bolonenum unum.

Pro Articulis, siue Poſitionibus per uerbum credit uel non bol. unum.

Pro quolibet mandato in ſcriptis, etiam ſi plures eſſent in eodem mandato pro una eodemq. Cauſa, bol. unum.

Pro Relatione tenutæ penes acta deſcripta bol. unum.

Pro relatione notificat. pro quolibet penes acta deſcriptã bolonenũ unum.

Pro electione Eſtimatorum Super apprecio Tenutæ, et exequutionis cum relatione, et Iuramento bol. quatuor in totum.

Pro a[illegible] apprecij facti in datis datis computato Iuramẽto bol. duos.

Pro procura penes acta ſimpliciter deſcripta bolonenũ Unũ.

Pro S[illegible], ſeu la[illegible] Arbitrorũ ſeu Arbitratorũ bolonenos quatuor.

Pro Co[illegible] ſimpliciter deſcripto pro quali parte bol. unum.

Pro Scriptura cuiu[illegible] ntiæ, ſeu Sententiæ diffinitiuæ usq. in ſũmã quin[illegible] bolonenos duos, et ab inde infra tantũdẽ; Ab inde uerò

Supra

P supra quacumq. fuerit quantitas bolonenos quatuor.

32 Pro Copijs uerò tam in Ciuilibus, quam Criminalibus Causis pro qualib.
Carta scriptis ab utraq; facie, et qualibet facies contineat ad minus
quindecim Versus, et quilibet uersus ad minus quindecim sillabas.
bol. duos, et si esset in publicam formam redactis bolonenos tres pro
qualibet Carta ut supra descriptis.

33 Pro Copia cuiuslibet pronuntiis, siue sententiae diffinitiuae, quae esset summa
usq. in quinq. lib., et abinde infra bolonenos duos. Si uerò esset à d.tis
quinq. libris supra usq. in quantitatem decem florenorum bol. otto.

34 A dictis uerò florenis decem quacumq. fuerit quantitas bol. duodecim.

35 Si uerò esset in publicam formam redactis ut supra in duplu recipere possit.

36 Pro Accessu ad uidendum aliquam differentiam, una cum D. Comissario
et Curia intus Castrum Materillae, et Precepti, et eorum Burgos reci=
pere possit bolonenos quatuor in totum, Si uerò esset extra, et dictorum
Castrorum pertinentias bolonenos sex.

27 Si uerò esset in aliis locis d.i Status bolonenos otto, et non ultra.

28 Pro Juramento allegatis suspecti de fuga ex causa Ciuili bol. duos.

29 Pro Bulletta exequens in Ciuilibus bolonenu Unum.

30 Et si tam in Ciuilibus, quam Criminalibus Causis, copia pluribus litis
Consortibus danda foret, si erunt à duobus infra soluant pro una copia
si à duobus usq. in quinq. pro duobus copijs, et ab inde supra pro tribus
Copijs, Idq. uendicet sibi locum ta in examinatione Testiu, quam in
omnibus actis

EXECVTORES et Officiales uerò Curiae pro eorum mercede iuxta
infrascriptam Taxam recipere possint, et non ultra sub penis,
refectione supradeclaratis.

Pro qualibet Exequutione effectualiter facta, si quantitas esset usq. in
quantitatem decem librarum, et ab inde infra [illegible]renos duos Cur=
rentes pro qualibet libra. A dictis uerò decem [illegible] in
summam uigintiquinq. librarū quatrenum unū pro qua[illegible]
[illegible]tis

23 v.

A Dictis uero uigintiquinq. libris supra usq. in quantitatem triginta florenorum quatrenos quinq. pro quolibet floreno.

A, dictis uero florenis triginta supra usq. in quacumq. quantitatem carolenos quatuor, et non ultra.

Connumeran. semper à principio quantitatis, et ab uno usq. ad dictam summam adeoquod plus quam carolenos quatuor in totum recipere non possint.

In Causis uero Criminalibus in duplum recipere possit.

Declarantes in Criminalibus Causis recipere posse exequutionem, dummodo exequutio effectualiter fiat post latam sententiam condenatoriam et elapso termino ad soluendum, alias si prius facta fuerit nil recipere possit.

Et predicta locum non habeant in Capitalibus, et Maleficijs pro quibus committens Maleficia esset suspectus de fuga, contra quem possit exequi, Inuentarium facere, Malefactores capere, et alia facere ad eorum spec. officium spectantia, prout ex forma presentium Statutorum disponitur.

Declarantes illas tantum personas esse suspectas, quæ non subiacent Iurisditioni Curiæ d. Status, et quæ in bonis stabilibus non haberent in pertinentijs d. Status, quæ essent ad ualorem suæ condenationis.

Pro Captura cuiuslibet personæ repertæ in fragranti crimine, uel quomodocumq., pro quo ex forma presentium Statutorum ueniret imponenda pena ultimi supplitij, uel aliter corporis afflictiue computata quacumq. carceratione, et detemptione, per quantumcumq. tempus fuerit in totum florenum unum.

Si quis uero pro huiusmodi delictis non fuerit aliter capellis per Cu[illegible], sed sponte comparuerit, et se pro eius excusatione in carceribus constituerit recipere possit medium florenum pro qualibet persona, et non Vltra.

Pro lictis uero debitor[illegible], Communis, Ecclesiarum, Antepositorum, locorum uel [illegible]erius Vniuersitatis, summarie exequi solitis recip[illegible] [illegible]nicchium unum pro quali persona, pro quacumq. summa esset.

In

In liſtis uerò officij Dánor: Datorũ aliquam excuſationem minime recipere poſſint, ſed effectualiter exequutionem facere teneantur cum ſit ratione offitij, de quibus D. Comiſſarius ſuam portionem et [illegible] recipit.

Et ſi negligentes fuerint non faciend. exequutionem predictá toties quoties ab officialibus D. Datorũ fuerint requiſiti, condénentur in eorum ſindicatu in libris decem pro quolt, et ad dáná, et Intereſſe reficien. dictis officialibus dánor, datorũ ob retardationem ſuarũ exequutionum.

Declarantes etiam, quod pro una, eademq. cauſa non poſſint tempore eorũ officij recipere niſi unicam tantum exequutionem, et nó ultra licet plures exequutiones fecerint.

Et quod in omnibus, et ſingulis exequutionibus ab eis in futurũ fien. nullo modo exequi poſſint ſine bulletta, et licentia Curiæ, et ſine licentia Baiuli d.e Curiæ, quem in omnibus, et ſingulis exequutionibus fiendis interuenire uolumus, et mandamus, et ſi aliter fieret d.a exequutio in aliquo locum non habeat, prefatiq. Exequutores, et officiales contrafacientes incidant in pœnam decem librarum pro quolibet, et qualibet uice, et nihilominus ad reſtitutionem d.e exequutionis factæ abſq. aliqua mercede, et Solutione eiſd fien. Dńó, et Pŕóńó d.e rei ablatæ omnin[illegible]

De Salario Procuratorum

STATUIMUS, et ordinamus, quod quicum[illegible] electus in Procuratorem ab aliquo de d.o Statu, ſeu foren[illegible] poſſit petere, et recipere ab eodem Conſtituente illud Salarium et mercedem, prout inter eos in principio, aut alio tempore conuenerit. Sin autem inter eos conuentio non interue[illegible] pro ſuo ſalario ſolidos Viginti, et hoc in fine Cauſæ

24v

dictus Procurator comparere, et interesse in omnibus actis fiendis coram Curia pro d.a Causa, in qua fuit electus.

Quod Res Communis si petitum fuerit diuidantur

STATVIMVS & Ordinamus, quod si quis coram Curia d.i Status comparuerit, et cum aliquo, uel aliquibus Consortibus rem communem petierit esse diuisam Jus sumarium fieri debeat absq. solutione Capitum Solidorum, Et hac presenti lege sancimus quod quicumq. petierit coram ipsa Curia diuisionem fieri de aliqua re communi, tunc Curia Comis teneatur, et debeat postquam sibi plene constiterit d.m rem esse communem, precipere parti aduerse, quod dictam diuisionem faciat cum tali huiusmodi diuisionem petente infra quindecim dies continuos à die facti precepti, quod si non fecerit incurrat in penam Centum sol. den. et nihil.s d.m diuisionem facere teneatur ut supra.

Quod Successiones non apprehendatur absq. authoritate Curiæ

STATVIMVS, et Ordinamus, quod Successiones, quæ in posterum alicui ab intestato succederent, nullus de dicto Statu, uel eius destrictu audeat, uel presumat dictam Successionem apprehendere absq. licentia, et autoritate Curiæ.

Exceptis ... esset Pater, Mater, aut frater talis apprehendentis, qui ... ab intestato, et qui contrafecerit in decem libris den. puniatur, non obstante aliqua lege in contrarium loquente.

... ad pias Caussas soluantur

STATVIMVS, et Ordinamus, quod Curia dicti Status teneatur

et

et debeat D. Abbati Monasterij Sti. Petri de Ferentillo, et suis Mona=
cis, alijsq. Ecclesijs, et locis pijs, Presbiteris, et miserabilibus personis recepta
fide de illis relictis, et legatis per publicum Instrumentum, uel per duos
idoneos testes huiusmodi relicta per aliquem iam mortuũ ad pias Cau=
sas [illegible] fuisse Jus summarium reddere, et facere, teneatur.

ADdicientes, quod dicta Curia de omnibus alijs Successionibus dicti Mo=
nasterij, et aliarum Ecclesiarum, et locorum piorum d. Status dicto
Abbati, alijsq. Sacerdotibus, ac Procuratoribus quarumcuq. Ecclesiarum
et locorum piorum Jus summarium facere teneatur de facto, sine stre=
pitu, et figura Judicij, solaq. facti ueritate inspecta, et absq. aliquo
salario, & mercede soluenda, sed gratis, et amore Dei, sub uinculo
per eum prestiti Juramenti, et pena decem librarũ pro quolt, et uice qualt
contrafacientes.

Quomodo Minor uiginti annis non possit Contractus, et Obligationes facere

STATVIMVS, et ordinamus, quod Minor Viginti Annis non
possit, nec ualeat Contractum, et obligationem aliquam facere cuiuscuq.
generis absq. licentia, Verbo, et Voluntate Sui Curatoris, si Curatore habet
Sin autem duorum Consanguineorũ Propinquorum in tertio gradu ex
paterna linea.
Et si consanguineos ex paterna linea non haberet sufficiat presentia
duorum Proximiorum ex Materna linea usq. in tertium gradum i
siue, et si aliter fieret non ualeat ullo Jure, Saluo quod si [illegible]
beret aliquos consanguineos ex paterna, uel materna linea.
Tunc sufficiat presentia Sacerdotis Parochialis dicti loci, uel duorũ [illegible]
torum conuicinorum, et bone fame, seu cũ decreto Curie d. Stat[illegible]
Et tunc fiat mentio per Notarium in contractu, quod d. [illegible]
sentiam prestan[illegible] consanguineos non habet, et hoc [illegible]
factum fuerit ualeat omni modo, et Jure.

25 v.

Maior uero uiginti annis ualedt, et poſſit abſq; aliqua preſentia, et conſensu contrahere, et facere. Et quicquid per dictum Maiorem factū fuerit ualeat, et teneat, prout ac ſi fuiſſet maior uigintiquinq; Annis.

Quomodo Sententie in Ciuilibus, et Criminalibus Causis ferri debeant

STATVIMVS, et ordinamus, quod Sententiæ in Ciuilibus, et Criminalibus Cauſis moderate ferri debeant, Vz quod Curia Comis d.° Status teneatur, et debeat omnes, et ſingulas Sententias Ciuiles, et Criminales, tam Abſolutarias, quam Condenatorias ferre et dare ad banchum Juris in Palatio ſolitæ Reſedentiæ et in preſentia D. D. Priorum ſi commode haberi potuerint. Si uero non potuerint haberi ſufficiat preſentia ad minus quinq; teſtium de d.° Statu, legitime tamen citatis, uel monitis dictis Partibus, et ſi aliter fieret dictæ ſententiæ nullatenus ualeant, et exequi quoquomodo non poſſint.

De pena Ementis et Vendentis rem ad alterum pertinentem

STATVIMVS, et ordinamus, quod nulla perſona de d.° Statu audeat, uel preſumat rem alienam, uel alteri contingentem, seu ... de Jure alienatam, de qua lis, uel queſtio uentilaretur, uel eſſet ... uel uendere, nec emi, aut uendi facere, donare, aut aliquo mo... ...enare, et Jus, ac dominium transferre aliquo queſito colore ... fuerit ualoris Centum ſol. uel ab inde ſupra. Contrafaciens uero ... uigintiquinq; libris denariorum condenetur ab inde uero infra ... et nihilominus d.ª emptio, Ceſſio, Donatio, et quæcumq; ... quod inde factum fuerit nullatenus ualeat ... a uendita donata, et alienata ceſſa, aut conceſſa

in

dãnum & Preiudiciũ dantis, et recipientis amictatur, et Curiæ, et eccle=
sie illius loci, ubi bona predicta reperiri contigerit de facto absq; aliqua pro=
nuntia, et declaratione inde fienda applicetur, et deuoluatur, et deuolute
esse intelligatur pleno Iure.

Et Curia in predictis suo ex officio procedere possit per uiam, et modũ Inqui=
sitionis, et repertos culpabiles condẽnare, ac punire modo, et ordine pred.

De questionibus, et litibus compromictẽdis

STATVIMVS, & ordinamus, quod omnis lis, et questio cuius=
cumq; quantitatis, et summæ, quæ uentilaretur coram Curia d.ti Status
inter aliquos coniunctos usq; in tertium gradum consanguinitatis, uel
affinitatis inclusiue quandocumq; ante sententiam, si ab aliqua partium,
uel per aliquem eorum consanguineũ Compromissũ fieri postulatũ fuerit
debeat compromicti de Iure, et de facto, omniq; Iuris solẽnitate omissa, tam
in procedendo, quam in sententiando in certos homines ipsis partibus com=
muniter attinentes, seu cõmunes amicos, et ipsi Arbitri teneantur, et de=
beant, dictam litem differentiam, et questionem diffinire, et terminare
intra unũ mensem post celebrationem Compromissi, si eis notificatum fue=
rit, sub pena decem librarum pro quolibet ipsorum.

Et Curia Cõmis cogat ipsas partes ad dictam litem, et questionem compro=
mictendam, et dictos Arbitros negligentes ad dictam penam soluendum.

Et si dicta Curia in premissis negligens fuerit in uigintiquinq; libris tem=
pore sui sindicatus condẽnetur.

Et nihilominus dicti Arbitri dictam litem, et questionem non [illegible] lapsu
termini d.ti mensis infra terminum Viginti dierũ post lapsu[illegible]
Supradictum diffinire, et terminare teneantur.

Et si in d.o tempore dicti Arbitri non [illegible]
dictæ partes de eorũ concordia eligant, et eligere tenean[illegible]
Tertium Coarbitrum.

Et si dictæ partes non erint concordes in eligendo, seu eligere recusarent quod tunc et eo casu tertus Coarbitrer eligatur à dictis Arbitris.

Et si dicti Arbitri non essent concordes in eligendo, quod tertius Coarbitrer eligatur per Curiam d. Status, qui Arbitrer, et Coarbitrer post eorum electionem ut supra infra quindecim dies teneantur, et debeant talem litem, questionem, & differentiam sententiasse, diffinisse, et terminasse sub dicta pena, de quibus tribus ad minus duo in concordia possint et plenam, ac omnimodam authoritatem habeant terminandi, et decidendi ut supra.

Et quicquid per dictos arbitros, et in euentum discordiæ per unum ex dictis Arbitris, et Coarbitrum ut supra pro Tertio deputat., sententiatum et terminatum fuerit ualeat, et teneat omni Iure.

Et ab eorum sententia, terminatione, & laudo appellari, prouocari, neque etiam ad Arbitrium boni Viri recurrere quoquomodo non possit sub pena in Compromisso contenta dumodo grauamen non excedat tertiam partem Valoris sortis principalis, de qua Compromissum factum fuerit.

Et quod tunc, et eo casu per partem grauatam, et lesam ut supra debeat deponi penes Fischum eiusdem Status effectualiter tertia pars pene in Compromisso apposite, et docere de suo grauamine, et lesione suprad.ª

Quibus grauamine, et lesione prius doctis, et habita, et obtenta absolutione iuramento in Curia d.ᵗ Status in suo Iure audiatur, et si aliter [illegible] nullatenus ualeat, et ad solutionem dictæ pœnæ Compromissi per [illegible] cogatur.

Et presens d[illegible] Capitulum Volumus etiam locum habere inter quoscumque [illegible] [illegible]atus etiam inter se non attinentes in litibus tamen, et [illegible] non excedentibus summam decem Florenorum.

[illegible] [illegible]ens Capitulum locum non habere ubi apparent [illegible] [illegible] inter partes, non obstante quod inter [illegible] [illegible]nentes.

Quod

[illegible]uod Mulier [n]on possit a[li]quod genus [Con]tractus facere

STATVIMVS, & Ordinamus, quod nulla Mulier possit, aut Valeat aliquid [illegible] Contractu[m], aut Instrument[orum illegible] quibus aut aliquo ipsorum se, aut eius bona obligaret facere, et Contrahere sine licentia, et Consensu, et Voluntate sui Viri, [illegible] ex sui filijs maioris quatuordecim Annis, si haberet, et si non haberet filios, aut maritu[m] tunc cum presentia, consensu, et uoluntate duorum Proximiorum ex linea paterna usque in tertium gradum inclusiue. Et si non haberet ex linia paterna tunc cum presentia, Consensu, et Voluntate duorum Proximiorum Consangui[neorum] ex linea Materna usque in tertium gradum.

[Et] si consanguineos aliquos ex linea paterna, uel Materna non haberet, tunc sufficiat presentia duorum proborum Vicinorum dicte Mulieris, qui sint maiores uigintiquinque annis, aut Sacerdotis Parochialis Ecclesie illius [illegible] ubi esset dicta Mulier.

Et si eius Maritus, et filius, aut sui Consanguinei, & Attinentes ut supra dictam eorum presentiam prestare noluerint, tunc et eo casu [a]d [p]etitionem, et Instantiam dicte talis Mulieris dictus Maritu[s] et filius, [s]i eos haberet ut supra, sin autem duo ex dictis pro[xi]mioribus [C]onsangui[n]eis dicte Mulieris citentur per publicum baiulum, siue Nunci[um] dicti Communis personaliter, aut domi eorundem solite habitationis ad compa[r]endum in tali loco, et die ad prestandum consensum et presentia[m] de Mulieri uolenti facere talem contractum, et Instrumentum.

[illegible] per dictam Mulierem incusetur contumacia, et de dicta [illegible]atione, et incusatione contumacie, per Notarium in dic[illegible] fiat men[tio illegible] aliquod [illegible] et [illegible] predicto [illegible] presentia tamen, et decreto Curie, in absentia [illegible] [v]aleat, et teneat omni Iure, alias nõ seruato ordine pred[ict]o nullatenus ualeat [illegible]

Liceat tamen dicta [illegible] aliqua [illegible] et consensu [illegible] us ex predictis testari, codicillari, donationem [illegible] et quamcumq. suam ultimam uoluntatem facere.

Quod si quis de dicto Statu pro aliquo de dicto Statu aliquid soluerit con= seruetur indennis

STATVIMVS, et ordinamus, quod quicumq. de d.o Statu Ferentilli extra dictum Statum esset coactus realiter, et personaliter ad soluendum aliquid occasione alicuius debiti contracti per aliquem de dicto Statu, Curia dicti Communis summarie, et de plano sine strepitu, et figura Iuditij, sine libelli oblatione et contestatione litis cogat, et constringat eum, qui dictū debitum contraxit, aut eius heredes, ad reficiendum, soluendum et satisfaciendū omne id, et totum quod dictus de dicto Statu soluisset pro dicto debito.

Nec non ad satisfaciendum omnia, et singula dãna, expensas, et interesse, quæ uel cui pro dicta causa passus fuisset.

Et predicta ordinatio habeat etiam locum in represalijs iuste, uel iniuste con= cessis occasione alicuius debiti contracti per aliquem de dicto Statu ut supra

Si tamen prius predictus de dicto Statu occasione cuius fuerint Represaliæ conceßæ non fuerit protestatum, etiam per publica proclama per Terras, et loca dicti Status non intimauerit, quod omnes cauere debeant de tali loco [illegible] ubi tales represaliæ ~~represaliæ~~ fuerint conceßæ, uel exequutioni mandari poßint. et predicta in conspectu D.D. Priorum, et Curiæ [illegible] fecerit, alias dictus debitor nullo modo se excusare poßit.

[illegible] non soluerit Datiuas ad bancu[m] [illegible] non audiatur

STATVIMVS, et ordinamus, quod quicumq. non fecerit omnes fact

nis Communis, et non soluerit collectam, seu collectas per libram, et Focularem ad predicta per Curiam dicti Communis cogatur, saluo quod non esset priuilegiatus, uel aliquid Jus haberet à dicta Communitate, quo, uel quibus non teneatur ad predicta faciendum.

Et si quis teneretur predicta facere, et noluerit pena quatraginta solidorum pro quolt, et uice qualibet puniatur, et ad banchum Juris Malefitiorum et Ciuilium dicti Communis dictos tales Debitores in sui fauorem minime audiatur, et si Curia fuerit negligens ad exigendum dictam penam, seu adiret ad Banchum Juris ut supra incidat in penam quinq. librarum pro quolibet, et uice qualibet auferendarum tempore sui Sindicatus.

Quod nulla Mulier possit uenire ad successionẽ alicuius ab intestato morientis remanente ex eo prole masculina.

STATVIMVS, et ordinamus, quod Mulier dotata à Patre, Matre, Fratre, Sorore, Auo, Auia, Proauo, Proauia, Patruo; uel Auunculo, non possit uenire ad successionem de bonis talis dotantis ab intestato morientis.

Si ex ipso; uel ipsa dotante proles masculina, et ex masculis orta remaneret, uel esset, sed sua tantum dote tacitam permanere uolumus, et plus de bonis dicti talis dotantis uigore supplementi legitimæ, et Trebilianicæ, [illegible] ex quacumq. causa petere, et habere non possit.

Si uero dicta mulier dotata non fuisset uolumus eam dotari d[illegible] dicti talis ab intestato morientis per dictam eius prolem masculina[illegible] sensum, et Voluntatem duorum proximiorum Consanguineorũ d[illegible] ab intestato morientis, ac mulieris predictæ, habendo consid[illegible] domus, bonorum, et familiæ dicti talis ab intestato morienti[illegible]

Et in dicta dote eam tacitam permanere uolumus, et plus [illegible] [illegible] possit. Declarantes Mulierem dotatam à Patre cens[illegible] Matre, et de bonis Maternis.

Et ad Conseruationem lineę Maſculinę uolumus nunquam Mulierem ad aliquam succeſsionem ueniri non poſse alicuius sui Fratris, uel Sororis ex=tantibus aliis fratribus eiusdem, seu alicuius eorum filiis, et liberis le=gitimis, et naturalibus Maſculis, et per lineam Maſculinam deſcendentibus.
Si uerò ex predictis ut supra aliqua proles maſculina non remaneret, uel eſset tunc ad succeſsionem dicti talis ab inteſtato morientis secūdum Juris Communis diſpoſitionem uenire poſsit.

De modo et ordine dotandi Mulieres

STATVIMVS, et ordinamus, quod poſt aperturam preſentium Sta=tutorum uolumine, qualibet Dos danda inter contrahentes Matrimoniū in dicto Statu intelligatur eſse ſexaginta florenorum, et non ultra.
Et pro Mobilibus, et iocalibus ſolitis, et conſuetis tot bona, quæ sint ualoris triginta florenorum, dumodo aliter inter Contrahentes conuentū nō fuerit.

De negligentibus in petendo debitum

STATVIMVS, et ordinamus, quod omnes, et ſingulæ Mercedes et Salaria, Penſiones, Reſponſiones, Terratica, Emendationes danorum datorum peti debeant per habere debentem infra terminū trium Annorum.
Si [illegible] fuerit negligens in non petendo infra terminum predictū mercedē [illegible] debitam ex cauſa operum, Salariorū famulatus, penſiones domorū, reſpon=[illegible] Terratica terrarum, Emendationes, et appretia danorū datorum.
E[illegible] termino ad predicta petendum per Curiam non audiatur, sed pre=sum[illegible] habe, et eſse satisfactum, et solut[illegible].
Et h[illegible] non habeat in Pupillis, et abſentibus à dicto Statu, durante eorum [illegible], etate, et abſentia usq; in dictum terminum.

De

De Feriis mittendis in Civilibus Causis

STATVIMVS, et ordinamus, quod in Civilibus Causis, et questionibus et in ipsis Causis à medietate mensis Junij usq. ad festum S.tæ mariæ de mense Augusti sint feriæ singulis diebus dicti temporis.

Et omnes questiones civiles remaneant in suis terminis, et Jura aliorum non minuantur usq. ad terminum antedictum, et quod per officiales dicti Communis observentur.

Et similiter Volumus observari tempore Vindemiarum V3 per octo dies ante finem Mensis Septembris usq. ad octo dies Mensis octobris proxime subsequentes, et plus, et minus prout D.D. Prioribus, et Curiæ videbitur expedire.

Sed in Criminalibus procedatur secundum formam presentium Statutorum.

ADdicientes huic Capitulo sint, et esse debeant feriæ in Civilibus Causis per tres dies ante festum nativitatis D.N. Jesu Xpi, cum octo diebus subsequentibus usq. ad Calendas Januarij.

Item per tres dies ante Cinerem, et tres alios dies subsequentes, et in festo Paschatis Resurrectionis cum septem diebus precedentibus, et duobus subsequentibus, et omnibus diebus Veneris Martij.

Et in omnibus festivitatibus Beatæ mariæ Virginis, Apostolorum, Evangelistarum, et Doctorum Ecclesiæ, In festo S.ti Sebastiani, S. Blasij. S. Antonij, S. Vincentij. S. luciæ, S. Catherinæ, S. Crucis, et S. Angeli de mense Maij, et Septembris, S. Benedicti. S. Francisci, S. Bernardini, S. laurentij S. Egidij. S. Manni, S. Felicis. S. Viti, et in alijs diebus, et festivitatibus ab ecclesia preceptis, et quicquid in festivitatibus, diebus, et tempore predictis in Civilibus Causis actum fuerit, sit ipso Jure nullum.

De Tabulis in Curia servandis

STATVIMVS, et ordinamus, quod per D. Comissarium, e[illegible] [illegible]etur in Curia, ubi residet tabula, in qua descriptæ sint Solutiones fiendæ

dd°

de actis, et scripturis secũdũ dispositionem presentium Statutorum.

Nec non aliam continentem taxam Instrumentorum, et aliorum actorum Notariorum, secũdum Capitula Collegij Matriculæ Notariorum, ac etiam alia tabula gabellę, seu Pedagij Status Ferentilli, in quibus tabulis describantur uulgari sermone, ut ab omnibus possit intelligi.

De Iure Congrui Consortium et Agnatorum

STATUIMUS, et ordinamus, quod quilibet habens rem inmobilem, et eam uenderi, uel alienare uoluerit, teneatur requirere, et uendere Vicino pro iusto precio, et si uicinus non fuerit requisitus possit eandem rem redimere ab emptore, postquam de ea notitiam habuerit infra tempus unius Anni, et si fuerit requisitus habeat tempus quindecim dierum redimendi pro eo precio quo fuerit uendita, uel iusto precio ad electionem uicini.

Et si plures fuerint Vicini ille preferatur, qui habet rem uicinam maioris precij et ualoris, et postea sequatur ordo Vicinorum.

Et si Vicinus inferior precij, et ualoris emere uoluerit constituere faciat per D. Comissarium, uel Curiam uicinis superioribus terminum decem dierum utrum emere uelint, et si intra dictum tempus non deliberauerint intelligantur eorũ Iuri renunciasse.

Si quis autem rem communem inmobilem habuerit, et uendere, uel alienare uoluerit teneatur pro iusto precio uendere consorti eo modo, et forma seruata ut supra

Et in hoc casu preferatur consors Vicino.

Et si quis rem Patrimonialem habuerit, et uendere, uel alienare uoluerit, teneatur requirere, et uendere Agnatis Masculis usq. in tertium gradum inclusiue, secũdum computa Doctorum pro iusto pretio, et si plures fuerint Agn[illegible] eodem gradu preferatur maior gradu.

Et si q[illegible] gradu preferatur proximior modum, et forma seruata ut supra in primo Capitulo dictum est, et si requisiti non fuerint habea[illegible]

tempu

tempus redimendi Unius Anni, et si requisiti fuerint emendi, uel redimendi habeat tempus quindecim dierum.

Res autem Patrimonialis esse dicatur, quæ fuerit Patris, uel Ascendentium, et in hoc casu agnatus [illegible] Vicino, non autem Consorti, et in Casibus predictis, minoribus d[illegible] annos non currat prescriptio, nisi eorum tutores, uel Curatores fuerint ut supra requisiti.

Scientia autem dictis casibus esse dicatur in illis, quibus denunciatum, uel intimatum fuerit venditio, uel alienatio facta, aut fienda, et presenti in Statu, et uiginti absentibus currat prescriptio redimendi.

Justum precium esse dicatur id quod inter Vicinos consortes, uel Agnatos fuerit Conuenitum, uel æstimatio fiat precij et ualoris per æxtimatores Communis consideratis considerandis omnibus.

Et si aliqua melioramenta in predictis rebus facta fuerint redimere uolenti reficere teneatur, secundum æxtimationem fiendam per Estimatores Communis, et predicta locum non habeant, quando Res daretur in dotem.

30V03

TERTIVS LIBER DE MALEFICIIS

De pœna blaſfemantis Deũ Beatam Virginem Mariam et alios Sanctos Cœleſti[illegible]

STATVIMVS, et ordinamus, quod si quis de dicto Statu, uel forensis in eius destrictu maledixerit, ſeu blaſfemauerit quomodocumq. Deum Patrem Omnipotentem, eius filium IESVM Christum, Spiritum Sanctum, qui nobis Cuncta bona Confert, Beatam VIRGINEM Mariam, eius Matrem omniũ peccatorum aduocatam.

Pro prima uice in decem libris denariorum ſine aliqua diminutione puniatur. et nihilominus Curia dicti Communis, sub uinculo per eam preſtiti Iuramenti teneatur, et debeat dictum Blaſfemantem in Carceribus mictere et per uiginti quatuor horas retinere sine aliqua commeſtione, et potu sub pena uigintiquinq. librarum.

Sin autem pro ſecũda uice maledixerit, ſeu blaſfemauerit in libris uiginti puniatur, et carceretur, et retineatur, ut ſupra.

Si uero blaſfemauerit tertio, pro dicta tertia uice Blaſfemans ligatus debeat stare de die publice et palam ad Merlinam [illegible] dicti Status reſpontio Curie in decem horas continuas, et nihilominus in libra ſuprad.ª puniatur.

Si uero quarta Vice maledixerit, seu blaſfemauerit tãquam Conſuetudinarius ad Triremes ad Arbitrium Ill.mi D.ni condẽnetur.

Et si quis dixerit per lo rinegato, per lo Scorticato, per lo Schiauellato, per lo Crucifiss ad onta, à diſpetto de Dio in libris octo uice qualibet puniatur.

Si quis dixerit per lo ſangue, per lo chiodi de Dio, uel iurauerit per aliqua alia uerba non declarata in quatraginta ſolidis pro qualibet Vice puniatur.

Et Si quis maledixerit, seu blaſfemauerit Beatos Apoſtolos Petrũ & Paulum Aduocatos, et Protectores dicti Communis, seu alios duodecim Apoſtolos in

quinq.

quinq. libris uice qualibet puniatur.

Et si quis maledixerit, seu blasfemauerit aliquem Sanctum, uel Sanctam Celestis Curiæ superius non declarato in libris sex pro prima uice, pro secũda in duodecim, pro tertia in decem, et octo libris puniatur, et si esit consuetudinarius remaneat arbitrio Ill.mi Domini.

Volumus autem quod de Blasfematoribus supradictis, Custodibus, seu Relatoribus Curiæ fides aliqua non adhibeatur nisi cum uno Teste fidedigno et de auditu, Et etiam omnibus alijs liceat accusare quibus credatur cum Juramento si fuerint fidedigni.

ADdicientes quod Curia dicti Communis sub uinculo per eam prestiti Juramenti, et pena uigintiquinq. librarum, in qua per Sindicum d.i Comis debeat Condemnari, teneatur, et debeat nomina, et Cognomina omnium, et singulorum blasfemantium, et maledicentium D. Jesum Xpum, Spiritum Sanctum, Sanctam Trinitatem, uel Beatam Virginem Mariam tẽpore sui officij annotari, et describi facere cum die, et loco, in libro magno Bandimentorum Curiæ, seu Reformationum, et Ordinamentorum d.e Curiæ ad effectum, ut de eis certa notitia habeatur, et in futurum iuxta formã dicti Capituli debitis penis puniatur.

[illegible]

TAT[illegible]

[illegible]

31v

et se excusandum, et defendendum à dicta Inquisitione per eam formata, Qui Inquisitus sic citatus si in dicto termino comparuerit, tunc respondeat, et se excuset ab inquisitione predicta, et ipsa excusatione facta si ipsum Maleficium confessus fuerit, uel negauerit, tunc per dictam Curiam eidem decem dierum terminus proxime futurorum detur, ad omnes ipsius defensiones faciendas de contentis in ipsa Inquisitione.

Et si in eius excusatione Maleficium de quo dictus Inquisitus negauerit. Tunc per Curiam predictam precipiatur eidem Inquisito pro certa die, et hora uenire, et comparere debeat coram ipsa Curia ad uidendum Testes recipiend. super dicta Inquisitione ad iuramenta, et dicta ipsorum.

Nec non ipsi Testes citentur ut in dicto termino compareant coram ipsa Curia ad iurandum, et ueritatis testimonium perhibendum super dicta Inquisitione presente dicto Inquisito, uel absente, tamen monito, et citato, Ita quod ipsi Testes recipiantur ad iuramenta super dicta Inquisitione, et contentis in ea, et tam ad Iuramenta, quam etiam ad dicta, et attestationes in termino decem dierum proxime futurorum.

Et elapso termino decem dierum dicto Inquisito datorum ipso Inquisito presente uel contumaciter absente, ipsi Testes, eorumq. dicta, et attestationes publi[illegible]

[illegible] ad [illegible] dierum

[illegible]opiam dictorum

[illegible] et ipsis [illegible]

[illegible] non [illegible]

[illegible] Ill.mi [illegible]

dictæ Curiæ ad fenestras Palatij solitæ Residentiæ hora residentiæ ad banchũ
exbandiatur, et in Bando ponatur per Baiulum dicti Comis alta, et intelli=
gibili uoce in ea quantitate penæ, qua ex forma presentis Statuti, et Capituli
ipsius de ipso Maleficio uenit condenatus.

Et dimisso Bando assignetur dicto Inquisito terminus decem dierum proxime
futurorum ad se presentandum coram ipsa Curia, intra quem terminũ possit
et sibi liceat comparere, et se à dicta inquisitione excusare, et defendere, et
ei respondere, et terminum recipere ut supradictum est.

Et si infra dictum terminum coram ipsa Curia non comparuerit contra
eum procedatur tãquam contumacem, et ad Sententiam prout iustum
fuerit procedatur, et pena in ipso Bando declarata in ipsa Sentia cõputetur.

Volumus insuper, quod omnis, qui se excusat ab aliqua inquisitione, uel
accusatione, antequam secedat de Palatio prestare, et dare debeat bonos
et idoneos fideiussores de parendo mandatis dictæ Curiæ, et soluendam
omnem penam, in qua de Iure ueniret condenandus occasione d.ⁱ Processus.

Adijcientes etiam quod dictum Bandum personaliter, uel domi ipsius In=
quisiti habitationis notificare in scriptis cum relaxatione Cedulæ per
Baiulum supradictum.

Declarantes citationes in scriptis fieri debere personaliter si reperiri poterit
sin autem domi suæ solitæ habitationis affigendo, et dimictendo cedulam
ad ostium domus dicti Inquisiti in presentia duorũ testium [illegible]
fectum, quod dictus Inquisitus de dictis citationibus [illegible]
possit, et penes acta in relationibus mentionem fieri [illegible]

Et si aliter fieret nullatenus ualeat, et quod in Maleficijs, tã i[illegible]
quam in defendendo omnes dies currant, et omnis Processus in[illegible]
fieri possit, ac etiam defensiones, et excusationes.

De pena commictetis [illegible]

STATUIMUS, et ordinamus, quod si quis homicidium [illegible]

32 v

absit) scienter commiserit, et in fortiam d.^o^ Curiæ peruenerit penitus moriatur, et nihilominus omnia sua bona deueniantur in manibus Ill.^mi^ Dni Status predicti, eiusdeq. Cameræ applicentur.

Et per Proximiores habiles successiue talia bona confischata, uel Cameræ applicata redimant.

Et si dictus talis homicida in fortiam Curiæ non peruenerit, quod perpetuo exbandiatur, et in Bando ponatur de dicto Statu, et eius destrictu, et bona confiscentur ut supra.

Et nullo uquam tempore, arbitrio prefati Ill.^mi^ D. reseruato) remictatur, et omnimodo deueniatur, ut supra.

Et si quis dicto tali homicidæ in committendo homicidium prestiterit aliquod auxilium, consilium, uel fauorem eadem pena puniatur.

Si quis uero post Homicidium commissum scienter eidem homicidæ prestiterit aliquod auxilium, uel fauorem in associando per Territorium dicti Status, seu quomodocumq. d.^m^ Homicidam in eius propria domo, uel conducta, seu Cappanna receptauerit intus d.^m^ Territorium in ducentis libris denariorum condenetur, et puniatur.

Adijcientes, quod dictus talis Homicida, et exbanditus si per legitimas probationes conuictus, et condenatus fuerit elapsis decem diebus post eius condenationem contra eum factam possit impune offendi, et occidi [illegible] in Terris, et locis Status p.^ti^, et eius Territorio, et Destrictu.

Si qui[illegible]se aliquod Homicidium commiserit minori pena arbitrio pre[illegible] Dni condenetur, et Curia in predictis suo procedat offitio, ac e[illegible]cusationem.

A[illegible] quod nulla persona audeat, uel presumat receptare aliquem forensem capitali[illegible] condenatum, aut exbanditum à Terris S.^tæ^ Romanæ Ecclesiæ [illegible] loci postquam per Curiam Status predicti, aut per [illegible] commissionem fuerit banditum, et notificatum in locis solitis dicti Status, et Communis dictum talem forensem esse [illegible]

aut

aut Condẽnatum, ut ſupra, Contrafaciens uero in libris ducentis pro quolibet
et uice qualibet condemnetur, et puniatur.

De pena facientis inſultũ contra aliquem

STATUIMUS, et ordinamus, quod ſi quis de dicto Statu, uel aliunde, cum Armis inſultauerit, seu inſultum contra aliquem fecerit in Tenimento dicti Status ad Domum, Vineam, Aream, Cappannam, ſeu poſſeſsionem propriam, uel conductam in libris uigintiquinq; pro quolibet condẽnetur
Et ſi inſultum fuerit contra aliquem in uia publica, uel in aliquo loco non declarato cum Armis, siue baſtono in decem libris den; pro qualibet uice condẽnetur
Et ſi sine Armis, uel baſtono in quinq; libris den; condẽnetur, et contra dictos Tales inſultantes Curia Communis poſsit procedere per uiam, et modum Inquiſitionis, uel ad accuſam.
Liceat tamen dicto Inſultato se tueri, et defendere, et Conſanguineis dicti Inſultati eidem preſtare auxilium, conſilium, et fauorem, et ad penam aliquam non teneatur ſi pro defenſione tantum; et diuidendo.

De pena percutiẽtis aliquẽ cũ aliquo genere Armorũ

STATUIMUS, et ordinamus, quod ſi quis percuſſerit ali[illegible] cum Armis VB cum Partisciana, Sbedo, Lancea, Spada, Cultello, Pugion[illegible] Stocco, et similibus in facie, in collo, uel à collo ſupra cum ſanguinis e[illegible]fusione in Centum libris den: pro qualibet percuſsione condẽnetur
Et ſi sine ſanguinis effusione in quatroginti libris denarior; condẽne[illegible]
Et ſi ex ipſa percuſsione in facie erit ciatrix perpetua remanſura, aut ipsa percuſsione coccia Capitis fracta fuerit in ducent[illegible] libris den[illegible] pro qualibet percuſsione Condẽnetur, et plus arbitrio Ill[illegible] [illegible] ei persona inſpecta.

33 v

Et si quis cum dictis Armis à collo infra aliquem percusserit, et uulnerauerit cum sanguinis effusione in quinquaginta libris denariorum pro qualibet percussione Condẽnetur, et si sine sanguinis effusione in uiginti libris denariorum pro qualibet percussione condẽnetur.

Si uero ex ipsa percussione percussus membrum aliquod perdiderit, aut debilitatum fuerit percutiens in ducentis libris denariorũ condẽnetur.

Et in omnibus Casibus percutiens percusso dãna, expensas, et interesse reficere teneatur, liquidanda arbitrio D. Comissarij, consideratis.

Et si quis cum dictis Armis, aut aliquo ipsorum contra aliquem adminauerit, et non percusserit in decem libris denariorum Condẽnetur.

Et si quis cum dictis Armis, uel aliquo ipsorum euaginatis, et non malo animo adminauerit, in duabus libris denariorum Condẽnetur.

Et si quis percusserit aliquem cum bastono, uel eius simile, si percussio erit in collo, uel à collo supra, et sanguis exierit, in quinquaginta libris denariorum pro qualibet percussione condẽnetur.

Et si ex ipsa percussione Coccia Capitis fracta fuerit, uel facies remanserit deturpata, percutiens pro qualibet percussione in centum libris Condẽnetur.

Et si quis percusserit aliquem à collo infra, et sanguis non exierit in decem libris pro qualibet percussione Condẽnetur.

Si ex ipsa percussione [illegible] fractus fuerit Percutiens in Centum libris pro [illegible] percussione Condẽnetur.

[illegible] cum dicto bastono, uel eius simile, malo animo contra aliquem adminauerit in quinque libris denariorum Condẽnetur.

[illegible] lapide à collo supra percusserit cum sanguinis effusione in quin[illegible] libris denariorum pro qualibet percussione Condẽnetur.

[illegible] ipsa percussione Coccia Capitis fracta fuerit, aut erit Cicatrix in facie [illegible] remansura in Centum libris denariorũ pro quali percussione Cond.

[illegible] percussio erit in ipso Collo, uel à collo supra, percutiens pro quali[illegible] [percus]sione in uigintiquinq. libris denariorum Condẽnetur.

Si

34v

condénetur, et puniatur

Si uerò esset res robata ultra dictas uiginti libras, et ab inde supra, quecumq fuerit quantitas, et sine sanguinis effusione in quatruplum rei robatæ cond. et puniatur, quam penam si cum effectu non soluerit in manibus Camerarij seu Depositarij M.ci D.ni infra tempus in sententia declarati, legali pena puniatur.

Si uerò fuerit cum sanguinis effusione pena ultimi supplicij cond. et puniatur.

Et in quolibet dictorum Casuù ad restitutionem rerum ablatarum similiter condénetur, et cogatur, Adijcientes quod in Casibus dictarum Robariarum stetur semper arbitrio prefati M.ci Domini.

De pena cognoscentis carnaliter aliquã Virginem uel aliam Mulierem uel eam arrantis indebito modo, et stuprãtis aliquã psonã

STATVIMVS, et ordinamus, quod quicumq aliquã Puellam Virginem carnaliter, et uiolenter cognouerit, et eam in uxorem non caperet, uel capere non posset in libris Centum den. condénetur, et eam dotare teneatur de ... M.ci D.ni

Quam penã, et quam ... effectu infra tempus in sententia declarand. non soluerit ad triremes per decennium condénetur.

Illa autem intelligatur puella Virgo, que Virum ... qui illam carnaliter cognouerit probatum fuerit quod ...

Si uerò ... caperet ad aliquam penam minime te... proprio de tricentis libris ut supra dotare teneatur ... et aliquam a...

Et de bonis dictæ puellæ petere, ... habere non possit.

Si quis uerò aliquam Mulierem cum consensu dictæ Mulieris cognouerit in Centum libris denariorum condénetur.

Adijcientes etiam quod si quis tantæ temeritatis fuerit, qui ... aliquam Mulierem arrare, siue in uxorem accipere sine uol... consensu Patris, uel

35 v

uel Matris, et aliorum Consanguineorum, sicut decet, in quingentis libris denariorum condenetur.

Si quis aliquem Puerum uiolenter Stuprauerit pro prima uice in tricentis libris denariorum condenetur, et per annum exbandiatur.

Secunda uero uice in duplum condenetur, et per triennium exbandiatur.

Pro tertia uero uice igni comburatur.

Si quis uero cum consensu dicti pueri maioris quatuordecim annis stuprauerit in ducentis libris denariorum condenetur, et dictus puer ut supra maior quatuordecim annis in medietate dicta pena condenetur.

Similiter pro secunda uice, tam Stuprans, quam Stupratus in duplum dicte [illegible] pena, et per annum exbandiatur.

Pro tertia uice [illegible] maior [illegible] exbandiatur.

Si uero dictus puer [illegible] minor ad aliquam penam minime teneatur.

Et Curia in predictis Casibus sodomie sue ex offitio procedere possit ad accusam, nec non denunciam, siue querelam.

De pena deguastantiũ Matrimoniũ cõtractũ, et de ordine in eo seruando

STATUIMUS [illegible] et ordinamus, quod nulla persona audeat, uel pr[illegible] seu Matrimonium contractum per uerba de futuro de[illegible] a fide per contrahentes, seu eorum parentes et quoscumque [illegible] nomine agentes accedere, et si per Maritum, uel eius parte [illegible] fuerit condanetur nomine pena in tanta quantitate, quanta esset [illegible] promissa, seu dare debita iusta stilum sue domus, seu forma Capituli de dotibus dandis superius in presenti uolumine Statutorum declarat[illegible] pro medietate absque aliqua declaratione, et diminutione applicetur sue [illegible] matrimonium, et Sponsalia obseruare uoluerit

et

Et pro alia medietate fabricæ ecclesiæ, unde esset talis recedens, et recedere volens et Curiæ exequutionem facienti, absq. aliqua diminutione applicetur.

Et si per uxorem, aut eius Patrem, contrafactum fuerit, condenetur, et privetur dicta Mulier sua dote promissa, aut dari debita absq. aliqua diminutione applicanda pro medietate suo Marito, et pro alia medietate fabricæ ecclesiæ, unde esset talis Mulier, et Curiæ exequutionem facienti.

Adijcientes quod quicumq. acceperit aliquam Mulierem in uxorem de dicto Statu teneatur, et debeat intra terminum viginti dierum post responsionem acceptationis, et fidem datam per manus alicuius Sacerdotis, sive publicæ personæ sponsalia, et Matrimonium per verba de presenti cum immissione anuli iuxta stilum, et ordinem Stæ Romanæ ecclesiæ immictendo contrahere, et dicta Mulier acceptare teneatur.

Et si per dictum Maritum, seu Vxorem contravenitum fuerit, contrafaciens condenetur in penā ut supra applicando Et nihilominus dictum anulū dare et recipere respective teneantur, et debeant, dictumq. Matrimoniū inter eos ratum, et firmum perducet, nisi in casibus alias à Iure prohibitis, et Curia in predictis suo procedarit officio.

De pena facientis aliquam Iuram coniuram, sive Conuenticulam, aut Unionem

STATVIMVS, et ordinamus, quod nulla persona tarcæ civitatis existat, quæ audeat, vel presumat facere aliquam Iuram, coniuram sive conuenticulam, aut Unionem in commictendo, seu commicti faciendo aliquod Maleficium, propter quod veniret aliqua pena imponenda, et si dictum Maleficium subsequeretur, in penam quingentarum librarum denariorum condenetur, et absq. aliqua diminutione puniatur, Si vero dictum Maleficiū subsequutum non fuerit in medietate dictæ penæ condenetur, et puniatur.

Si vero propter dictum maleficium sequutum veniret aliqua pena Mortis, seu

Corporis

36v

Corporis afflictiua imponenda, et Maleficium subsequutum fuerit eadem pena mortis, uel corporis afflictiua condenetur, et puniatur.

Si uero non fuerit subsequutum in penam sexcentum librarum condenetur, et puniatur, quam penam si non soluerit infra tempus in sententia declarandu eadem pena ac si Maleficium subsequutum fuerit condenetur, et puniatur.

Et Curia in predictis suo ex officio, nec non per denunciam, siue accusationem procedat.

Declarantes dictum Conuenticulum, Iuram, siue Coniuram, et Unionem esse, ubi interuenerint in ea à quatuor personis supra, et aliquod Maleficium mandauerint fieri, seu fecerint, aut commiserint.

Quod nulus retineat armatam in sua domo

STATUIMUS, et ordinamus, quod nulla persona inimicata retineat in Territorio Status predicti in sua propria domo, uel conducta preter eius familiam ultra tres personas forenses, aut de dicto Statu, nisi per unum diem tantum, et eo die quo inimicitie orte fuerint, sine expressa licentia D. D. Priorum, et Curie dicti Communis, et si quis contrafecerit tam Dominus, eo facto ius, seu conductor dicte domus, quam etiam qui ultra dictum numerum permanserit pro quolibet, et quolibet in libris decem denariorum condenetur, et puniatur, et Curia in predictis suo procedat officio.

De pena facientis uindicta pro aliqua persona

STATUIMUS, et Ordinamus quod nulla persona uindictā faciat alicuius sui Consanguinei, et affinis sibi attinentis usq. in tertium gradū qui aliquam iniuriam, siue offensam receperit contra dictum talem iniuriantem, et offendentem, aut eius consanguineum, affinem, et attinentem usq. in tertium gradum inclusiue computando secundum ius canonicū, et si quis contrafecerit condenetur, et puniatur in duplum pene, in qua si ipse principalis

palis offendens uindictam fecerit, et ex ea, ex forma presentium Statutorũ ueniret condẽnandus, ac etiam in excilio à Statu predicto, et eius districtu per triennium condẽnetur. Volumus autem hoc locum non habere, quando pax subsequuta fuisset, aut aliqua noua Causa interuenisset inter Vindictam facientem, et qui ab eo offenderetur, et Curia in predictis suo procedat officio per denũciã, et accusationẽ.

De pena comictentis guastũ uel arsuram

STATVIMVS, et ordinamus, quod nulla persona audeat, uel presumat commictere arsuram, guastum, siue Incendium.

Si quis uero inciserit pergulam, uitem, Plantonum oliuarum, siue quascumq. alias arbores domesticas, fructiferas à taglione infra, ex qua incisione totaliter inutilis efficeretur in triplum ualoris dictæ rei incisæ nomine penæ puniatur, et si non desiccaretur, et inutilis totaliter non efficeretur in medietatem dictæ penæ puniatur, quam penam in quolibet dictorum Casuũ si Malefactor infra tempus in sententia declarandum non soluerit, manus dextera cum qua inciserat eidem totaliter amputetur, et nihilominus ad emendationẽ dãnum passo teneatur in duplum.

Si quis uero commiserit, uel fecerit aliquod incendium, guastum, uel arsuram Malefactor in triplum rei combustæ, seu deguastatæ condẽnetur, et puniatur. Et Curia dicti Status ex officio suo contra delinquentem in predictis per uiam et modum Inquisitionis procedere teneatur, et ad probationem talis Maleficij sufficiant duo Testes de uisu, et quinq. de publica uoce, et fama.

Et Antepositi loci illius in quo fuerit Commissum tale Maleficium teneantur extimare dãnum sic rei combustæ, uel deguastatæ, et extimatum denunciare et referre dictæ Curiæ ad petitionem dãnum passi, et quicquid per dictos Antepositos extimatum, et denunciatum fuerit Malefactor dãnum passo cum effectu reficere teneatur.

Et si Incendium, Arsura, siue deguastatio casualiter, et non studiose euenerit malefactor in pena rei combustæ, seu deguastatæ condẽnetur, et puniatur

et

Et dānum ut supra dānum passo reficere teneatur, et in dictis casibus casualiter, et non studiose commissis Curia ex officio procedere non possit nisi ad querelam Domini dānum passi.

De pena uociferatis partem guelfā, uel gebellinam Vrsina uel Colunam, et aliquam factionem

STATVIMVS, et ordinamus, quod in dicto Statu, et eius destrictu nulla persona cuiuscumq. Status existat, audeat, uel presumat aliquo modo uociferare partem Guelpham, uel Gebellinam, Vrsinam, uel Columnam, nec aliquam aliam factionem preter Ill.mi et ecc.mi Domini Don ALBERICI CYBO Malaspina, et Communis Status predicti, Contrafaciens uero pena quinquaginta librarum condēnetur, et puniatur, et in supradictis Casibus duplicetur pena apud ecclesiam S.ti Petri de Ferentillo, et in alijs ecclesijs d.i Status et in eorūdem Plateis, nec non in Arrenga Communis, et in Palatio dicti Communis, et Curia in predictis suo procedat officio, et plus arbitrio p.ti Ill.mi D.ni

De his qui excipiuntur a poenis

STATVIMVS, et ordinamus, quod excipiantur a penis Patres Matres, Vir cum Vxore, Fratres, Filij, Nepotes, Dnus cum famulo, et omnes et singuli in una eademq. familia existentes, ac etiam Magister cum discipulo, contra quos, aut aliquem ipsorum Curia dicti Status non debeat aut aliquo modo possit procedere occasione quorūcumq. maleficiorum inter eos occurrentium, et interuenientium, nisi per partem offensam corā dicta Curia fieret denuncia, accusa, seu querela contra ipsum offendentem, quā quidem denunciam, Accusam, siue querelam liceat dicto offenso per simplicem comparitionem quandocumq. ante latam Sententiam retrahere, et abolere, et Curia concedere teneatur, et si contrafecerit in pena offensionis p.tae debita ex forma presentium Statutorum in suo Sindicatu condēnetur. Et nihilominus quicquid per dictam Curiam actum fuerit nullatenus ualeat

leat. et ... ex officio aut aliquo modo procedere non possit, et predicta locum non habeant, interuenientibus infrascriptis enormibus Casibus Vz. Robaria. Debilitatione membrorum, fractura ossium, aut cocie capitis, et de percussionibus factis cum Armis ferreis, uel ferratis cum maxima sanguinis effusione, in quibus liceat Curiæ ex officio procedere, et nihilominus quandocumq. ante Sententiam latam, liceat parti offensæ per simplicem eius petitionem, et instantiam petere abolitionem, interuenientibus dictis enormibus Casibus percutiens in medietatem penæ condẽnetur, in qua ut supra per alia Statuta condẽnaretur, et His, super quibus per Curiam inquireretur, et dicta Curia dictam abolitionem concedere, et admictere teneatur, et amplius procedere non possit super interitatis, sub uinculo per eam prestiti Iuramenti et pena, in qua pro dicto Maleficio ex forma presentium Statutorum ueniret imponenda, et nihilominus quicquid actum fuerit per dictam Curiam nullatenus ualeat, et aliquo modo exequi non possit.

De Abolitionibus Concedendis

STATVIMVS, et ordinamus, quod quotiescumq. per Curiam dicti Communis contra aliquam personam procederetur ad denunciam Viarij, seu querelam, aut accusam cuiuscumq. personæ, seu ex officio, in quibuscumq. Maleficijs per eam Commissis, et ante responsionem dicti inquisiti, seu ante Bandum pars offensa compareret coram ipsa Curia, et peteret abolitionem Processus, soluendo tamen Fischo dicti Status per bulleitam Sol. quinq. prefata Curia teneatur, et debeat dictam accusam, denunciam, siue querelam, ac omnem, et quamcumq. Inquisitionem etiam ex officio formatam, unà cum toto Processu abolere, cassare, et absq. aliqua solutione et pena soluenda, et hoc non uendicet sibi locum in furtis, Robaria, Incendio, Homicidio, et offensionibus, quæ essent cũ maxima sanguinis effusione, et p.ᵗᵘ Capitulũ per Curiam obseruari debeat, sub uinculo per eã prestiti iuramenti, et pena quinquaginta lib. in qua in suo Sindicatu debeat Cond.ⁱ et quicquid secus factũ fuerit, nullatenus ualeat

38v

De pœna rumpentis pacem factam, et celebratam per manus alicuius Notarij.

STATUIMUS, et ordinamus, quod si quis pacem, promissionem, fidem, seu reconciliationem per potum cum aliquo adversario fecerit, et de ea publicum Instrumentum appareret, et in eo pena esset apposita, et eam fregerit, condenetur, et puniatur, prout in dicto instrumento continetur.

Si vero aliqua pena non esset apposita, seu aliquod instrumentum de eo non appareret, et nihilominus legitime probaretur fuisse factam pacem, et promissionem, seu datam fidem aliquam per manus cuiuscumque personæ in pena quingentarum librarum den. condenetur, et absque aliqua diminutione puniatur.

Et Curia in predictis suo ex officio procedere non possit, nisi ad Accusam, denunciam, et querelam partis offensæ fiendam intra quindecim dies à die dictæ offensæ factæ computand. liceatque dictæ parti offensæ dictam denunciam intra terminum viginti dierum post formatum Processum et citatione facta de dicto offendente immediate sequen. retrahere, et abolitionem petere per simplicem eius comparitionem, quam Curia concedere, et admictere teneatur, et debeat, et amplius quo ad dictam penam pacis procedere non possit.

Et si contrafecerit in dicta pena in suo Sindicatu condenetur, et nihilominus quicquid actum fuerit nullatenus valeat, et exequi non possit.

Et tunc, et eo casu dicta pax in suo robore rata, et firma perduret perinde ac si nulla offensio intervenisset.

A. di sei ... | Adijcientes quod si delinquens dictam penam pacis condenatione predicta legitime facta, cum effectu infra tempus in sententia declarandum in manibus generalis Cam.rii et fisci Ill.mi Dni non solverit, ultra d.m penam, donec fuerit in mora solvendi sit, et esse intelligatur in pena Exilij à d.o Statu, et eius Territorio, et interim quilibet violator pacis in d.o Statu, et eius Terr.o possit ab unoquoque impune offendi.

dictam penam pacis condenatione De...

offendi delinquens

De pœna cassantis, lacerantis, et abscondentis seu in aliquo uitiantis p(rese)ns Statutum

STATVIMVS, et ordinamus, quod p(rese)ns Statutum Curia, nec aliquis alius audeat, uel presumat abscondere, lacerare, uel de ipso aliquid caſsare, Contrafaciens uero in libris ducentis den(ariorum) condẽnetur, et puniatur, et Curia dicti Status teneatur, et debeat uinculo per eam p(rae)stiti Iuramenti, et ad penam predictam in fine sui officij d(ictu)m presens Statutum D.D. Prioribus reddere, et restituere saluũ, inlæsum, integrum, non maculatum, rasum, caſsum, nec in eo aliquid additum, nec in aliquo modo uitiatum sub dicta pena, et nihilominus ad restitutionẽ eiusdem omnino teneatur.

De pena turbantis tenutã uel poſseſsionẽ alterius

STATVIMVS, et ordinamus, quod poſseſsionem propriam, uel rem alicui in tenutam datam auctoritate Curiæ dicti Status, nullus audeat, uel presumat inuadere, uel occupare sua propria auctoritate, et qui contrafecerit in libris uiginti den(ariorum) uice qualibet condẽnetur.

Et si quis accusatus fuerit de predictis, et in sua excusatione coram Curia fideiuſsionem (ut decet) prestiterit, nec non expreſso renunciauerit omni Iuri, quod haberet in tali poſseſsione, siue re, et dãna illata per ipsam inuasionem, seu occupationem patrono, et Domino emendauerit in medietatem dictæ penæ tantummodo condẽnetur, quæ renunciatio scribi debeat in actis Curiæ predictæ.

Adijcientes quod si quis tantæ temeritatis fuerit, qui sua propria auctoritate armatus per uim aliquam personam de eius bonis in quibus fuerit in poſseſsione expulerit pena dupli dictorum bonorum [illegible] puniatur, et ipso facto cadat ab omni suo Iure [illegible] Declaratione fienda.

Curia in predictis suo ex officio procedere non poſsit, nisi ad denunciam, uel accusam, seu querelam partis turbatæ, et expulsæ.

39v

De pena ſcribentis falsum Inſtrumentum, uel proferentis iniuriam alicui Notario, et ſe degerantis, aut aliquod falsum teſtimonium perhibentis in aliqua cauſa criminali, uel Ciuili

STATVIMVS, et ordinamus, quod nullus audeat, uel preſumat facere, uel fieri facere falsum Inſtrumentum, et qui contrafecerit, tam faciens, quam Scribens, quam qui fieri fecerit, in prima uice, in Centum quinquaginta libris den. et in secunda uice in duplum dicte pene condenetur, et absq. aliqua diminutione puniatur.

Et si ipsi, uel ipsorum aliquis dictam condenationem, et penam infra tempus in Sententia declarandum integraliter, et cum effectu non Soluerit, et uenerit in fortiam Curie dicti Status eius manus dextera penitus amputetur. Si uero tertia uice deliquerit in amputationem manus dextere condenetur, et puniatur, et arte Tabellionatus penitus priuetur et Curia in predictis suo procedat officio.

Si quis uero protulerit alicui Notario iniquu nomen falsarij in libris quinquaginta denariorum condenetur, et puniatur.

Adijcientes quod Scripturis talis falsarij factis à detectionis sue falsitatis in posterum fides aliqua minime adhibeatur.

Si quis uero in aliqua Causa Ciuili, uel Criminali se degerauerit, aut falsum teſtimonium perhibuerit, aut fieri fecerit in libris Centum quinquaginta denariorum condenetur, et puniatur, et Curia in predictis contra delinquentes suo procedat officio.

De pena [illegible] negatis, et in iudicio dicentis [illegible] Comis, non est officialis

STATVIMVS, et ordinamus, quod paternitatem, filialitatem, fraternitatem, et [illegible] similia usq. in tertium gradum consanguinitatis, et

affi=

affinitatis inclusiue, nullus audeat recuſare, uel negare, uel super articulis respondere, se non credere, aut etiam dicere Curiam, et Notariũ, uel quemcumq; alium officialem Communis in iudicio, Ciuili, uel Criminali Cauſa, quod non est officialis, et qui contrafecerit, in quinquaginta libris denariorum condemnetur, et puniatur. Et Curia in predictis suo ex officio procedere non poſſit, niſi eſſet prolata contra Curiam, et officiales Curię tantum.

De pena facientis Ueneficia, et dantis Uenena

STATUIMUS, et Ordinamus, quod Malias aliquas nocibiles, Nulla persona audeat, uel presumat facere, uel fieri facere, et qui contrafecerit pena Juris Communis condẽnetur, et puniatur, et idem uolumus, atq; dicimus de quacumq; persona, que dederit, aut prebuerit alicui uenenum, Nec non omnia Bona committentis huiusmodi Maleficiũ destruantur, et sic destructa deueniant in fortiam Curie, et Curia in predictis suo procedat officio.

De pena opponẽtis se baiulo in acceptione pignorũ

STATUIMUS, et Ordinamus, quod opponens se baiulo una cum offitiale Communis, et Curie dicti Status ad dandum, et aſſignandũ exequutionem, tenutam, et poſſeſſionem pro aliqua quantitate, ... et non permiſerit se pignorare, nec ipſi Baiulo, seu officiali predicto, pignus, siue tenutam dare, et aſſignare, prout à dicta Curia habuit in mandatis, in decem libris denariorum pro qualibet uice condẽnetur, et de predicta oppositione, et recuſatione pignoris, et tenute stetur, et credatur ... dictorum officialis, et baiuli, cum Juramento unà cum dicto unius testis maioris quindecim annis. — uide in ... 84 ... baiuli ... menti ...

Et si baiulus absq; aliquo alio officiali iuerit mandato Curie ad pignorandum, uel aliquem grauandum pro dãnis dãtis, aut quacumq; alia occaſione, et si quis non permiſerit se à dicto baiulo pignorari, a... cum

suo.

40v

suæ domus clauserit ad hoc ut dictus baiulus domum intrare nõ possit et mandato Curiæ, ut decet, exequi, in quinquaginta solidorum den. uice qualibet puniatur, et de predictis stetur relationi Baiuli cum Iuramento alias de nouo prestans unà cum attestatione duorum Conuicinorum uel Conuicinorum, maioris tamen quindecim annis.

Et si predicti officiales, due Baiuli de eorum relationibus reprobati fuerint per duos testes maiores ut supra puniantur in quatruplum penæ, seu penarum supradictarum.

Liceatq. cuilibet Baiulo, et officiali dicti Communis, et Curiæ pro huiusmodi Commissionibus exequens ostium domus talis opponentis extrahere, et pignorare, prout à dicta Curia habuit in mandatis in præsentia tamẽ duor. Conuicinor.

Et quando in exequendo ut supra dicti Baiulus, et officiales non reperirent ostium domus apertum, Volumus, et declaramus, quod tunc, et eo casu liceat, et licitum sit dicto officiali, et Baiulo dictum ostium clausum sigillare, nisi incontinenti pro reuerentia Curiæ, Dominus, seu habitans in dicta domo deposuerit unum pignus prope aliquem Conuicinum, et per totum diem proximum subsequentem post dictam disigillationem, et aperitionem ut supra inde facta comparuerit coram Curia, et mandatis dictæ Curiæ paruerit, quod tunc, et eo casu per disigillationem, et aperitionem predictã ad aliquam penam minime teneatur.

Si quis [illegible] contrafecerit in disigillatione aperiendo, seu intrando absq. depositione pignoris, et comparitione ut supra in sol. decem pro quolibet, et Vice qualibet puniatur.

Volumus etiam atq. declaramus, quod unicuiq. dicenti se loco pignoris uelle comparere, liceat sic comparere coram Curia per totum sequentem diem postquam fuerit sibi pignus postulatum, et parere mandatis Curiæ, non teneatur ad aliquam penam pretextu oppositionis, seu recusationis pignoris, et licet executio fieri deberet realis, nihilominus, tunc et eo casu possit sic comparens ad districtam in Palatio retineri loco suæ executionis debitæ.

De

De pena proferentis alicui uerba iniuriosa, et reimproperantis aliquod homicidium

STATVIMVS, et ordinamus, quod quicumq. alicui dixerit uerba iniuriosa Vt falsatore, homicida, Traditore, Furo, rubatore, mentitore, fornicatore, Cornuto, Puttana, et his similia in Centum sol. denariorũ uice qualibet puniatur contrafaciens.

De alijs uero uerbis leuioribus in medietatem dictæ penæ pro quolibet uerbo et uice qualibet puniatur.

Si quis uero alicui coniuncto usq. in tertium gradum inclusiue secũdum Jus canonicum computan homicidium commissum reimproperauerit in decem libris denariorũ condẽnetur, et puniatur, et Curia in predictis suo ex officio procedere non possit, nisi ad accusam, querelam, siue denunciam partis iniuriatæ.

Et nisi huiusmodi uerba sint prolata in conspectu Curiæ, aut D.D. Priorum in quibus, tunc et eo casu ex suo officio, et de facto procedere possit, et de uerbis iniuriosis prolatis in presentia Curiæ, et cuiuslibet officialis seu Prioris, uel in Consilio, aut arenga dicti Communis attestatio non adhibeatur, sed facto per Curiam procedatur.

Quod à uiginti libris supra formetur Processus

STATVIMVS, et ordinamus, quod de omnibus, et singulis penis et Bandis, que scripta sunt in presenti Statuto, et quolibet capitulo, et aliquis de dicto Statu, uel aliunde deliquerit, et pena excedet uiginti libris Curia dicti Status teneatur, et debeat contra Delinquentes formare Processus, et ab inde infra de facto procedere possit.

Sed in alijs Casibus ex forma alicuius Capituli presentis Statuti specialiter permissis, et in Collectis, et datiis dicti Communis non habeat locum.

In quibus

In quibus Maleficijs, Locis, et temporibus penæ duplicentur

STATVIMVS, et ordinamus, quod duplicentur penæ pro Maleficijs locis, et temporibus infrascriptis V3 In omnibus, et quibuscumq. locis in festo S.ti Petri de mense Junij, in festo Ascensionis de mense Maij, in festo S.ti Marci, In Dominica mediæ quadragesimæ, ac etiam in quolibet die festiuo, quod solèniter celebratur in alijs Ecclesijs dicti Status, V3 intus dictas Ecclesias, et in Platea ipsarum Ecclesiarum, ubi essent festiuitates propriæ nominatæ illius tantum Ecclesiæ eo die tantum, sed intus Ecclesiam S.ti Petri delicta committentibus penæ duplicentur.

Et similiter quatruplicari uolumus in dictis diebus S.ti Petri, et Ascensionis S.ti Marci, et Dominicæ mediæ quatragesimæ delicta committentibus intra hos fines V3 ab ecclesia S.ti Benedicti de Colle infra uersus dictã ecclesiam S.ti Petri circum circa dictam Ecclesiam S.ti Petri, quantum distat à dicta ecclesia S.ti Benedicti ad dictam Ecclesiam S.ti Petri.

Ac etiam duplicentur in qualibet Taberna in Palatio, siue domo residentiæ Curiæ, in Consilio, et Arrenga dicti Communis, et in quolibet alio loco, ubi essent in presentia Curiæ, aut D.D. Priorum dicti Communis.

Et similiter duplicentur maleficia, quæ committerentur in presentia alicuius officialis Curiæ, aut dicti Communis.

Et contra aliquam personam Religiosam, Aduocatum, Procuratorem, et quamcumq. aliam personam in aliquo officio, honore, et dignitate constitutam.

In Committentibus uerò Maleficia in personam D. Comissarij, et ad Regimen d[illegible]tati, et D.D. Priorum d.i Cõmis dictæ penæ quatruplicentur.

Et similiter duplicentur penæ de Maleficijs, et delictis, quæ cõmitterentur in dicto Statu de nocte scilicet ab occasu, usq. ad ortum Solis, et Curia contra delinquentes suo ex officio procedere possit.

De

De beneficijs Pacis, Confessionis, et Solutionis

STATVIMVS, et ordinamus, quod si quis Pacem cum iniuriato habuerit de aliquo Maleficio, siue delicto contra ipsum Iniuriatum Commisso, et de ipsa pace quandocumq. ante Sententiam ipsum Maleficium commictens, uel aliquis pro eo coram Curia comparuerit, et fidem fecerit per publicum instrumentum, in quo fieret expressa mentio de illo Maleficio de quo proceditur, et commissum est per eundem, medietas condenationis propter ipsam pacem relaxetur, si et in quantum malefactor, seu aliquis pro eo legitime promictens Maleficium confessus fuerit, et non aliter.

Et si quis in termino sibi prefixo quod infra sequeretur coram ipsa Curia comparuerit, et in sua excusatione Maleficium, de quo contra eum proceditur, confessus fuerit, quarta pars residui pene dicte condenationis penitus remictatur.

Et si infra alios decem dies à die late sententie contra eum connumerand. condenationem soluerit cum effectu alia quarta pars alterius residui pene condenationis predicte penitus remictatur.

Et predicta Beneficia locum non habeant in Maleficijs illis commissis, pro quibus per Capitulum presentis Statuti disponitur per uerbum puniatur.

De pena retinentis aliquem in priuato Carcere

STATVIMVS, et ordinamus, quod nemo tante temeritatis existat qui audeat, uel presumat aliquem capere, nec ipsum in priuato Carcere aut alibi ligatum, aut coactum tenere, et qui contrafecerit ultra penam offensionis, si aliqua offensio interuenerit in libris Centum den. condenetur, et puniatur pro qualibet uice. Si uero ultra uigintiquatuor horas eum retineret absq. expressa licentia, et auctoritate Curie legali pena condenetur, et puniatur.

De personis bone fame non carcerandis, et de modo tormentandi Malefactores

STATVIMVS, et ordinamus, quod Curia, et Officiales

Communis non debeat aliquam personam bone, et honeste fame capere, et in carceribus ponere pro aliqua causa ciuili, seu Criminali, uel mista pro quibus posset sub fideiussionibus relaxari sub uinculo per eam prestiti Iuramenti et pena Centum librarum pro quolibet, et qualibet uice, qua contrafecerit, in qua per Sindicum dicti Communis debeat in suo Sindicatu condenari.

Liceat tamen predictos in Palatio ad destrictam retinere, si quis uero esset in aliquo fragranti crimine repertus, in quo ex forma presentium Statutorũ ueniret pena imponenda Centum librarum, et à Centum supra, aut esset suspectus de fuga, tunc per Curiam capi, et carcerari possit.

Et ut Veritas reperiri possit, ne delicta remaneant inpunita, Volumus pro Homicidijs, furtis, Robaria, Incendio, Guastu, Violentia mulierum, Conuenticula, Iura, Coniura, Vnione, et pro alijs Maleficijs cum maxima sanguinis effusione, aut debilitatione Membrorum, et ex quibus ex forma presentium Statutorum pena ueniret ĩponenda Centum librarum, et ab inde supra per Curiam dicti Status receptis prius legitimis Indit(i)js, et d.° Malefactore, contra quem dicta Inditia laborarent super eis diligenter interrogato, et examinato, qui si in sua negatione perseuerauerit, Copia dictorum Inditiorum, citatis citandis prout de Iure eidem decernatur cum cõpetenti termino ad illa purgandum si uoluerit, quæ si non purgauerit per dictam Curiam ad Torturam poni possit, et torqueri attenta qualitat(e) delicti Inditiorum, et personæ.

Volumus autem, quod per Curiam ad aliquam Torturam deuenire non posse sine presentia duorum Priorum dicti Communis, seu maioris partis ipsorũ nisi aliter in aliquibus casibus arduis, ex causis legitimis in contrarium per prefatum Ill.mũ Dnũm fuerit specialiter ordinatum, et eorũ requisitione si interuenire uoluerint, sin autem in eorũ absentia, et nihilominus d(e) predicta eorum presentia, requisitione seu absentia in scriptis per Notarium dictæ Curiæ penes acta mentio fieri debeat, et si secus per dictam Curiam [illegible] et nullatenus ualeat, et amplius pro d.ª Causa torqueri non possit, et nihil(ominu)s [illegible] Sindicatu per Sindicũ dicti Com(mun)is in pena Centũ librarum den(ariorum) condenetur

De

De pena petentis plus debito, et debitum iam solutum

STATVIMVS, et ordinamus, quod nullus coram Curia contra aliquem petat aliquam summam, uel quantitatem de qua fuerit satisfact. nec ultra summam, et quantitatem, quam habere debet, Si quis uero petierit debitum iam solutum, condenetur, et puniatur in tanta quantitate nomine pene, quanta esset quantitas per eum petita, seu eius ualore.

Si quis uero ultra summam, et quantitatem, quam habere debet condenetur, ac puniatur in tantudem nomine pene, quantum esset illud plus, seu eius Valor quod peteret, et habere non deberet.

Et Curia in predictis suo ex officio procedere non possit, nisi ad Accusam, seu querelam partis, contra quam petitio facta esset.

De ordine retinendo in Accusationibus quæ producerentur, et fierent

STATVIMVS, et ordinamus, quod Cuilibet iniuriato liceat corã Curia comparere, et suam Accusationem, denunciam, siue querelam facere, aut producere Jurando tamen prius contenta in ea fuisse, et esse uera et non animo calumnie.

Ac etiam eam probare teneatur saltem semiplene in termino eidem per Curiam ex forma presentium Statutorum prefixo in medietate dicte pene talis Iniurie pro qua ex forma presentium Statutorum, delinquens, si legitime probatum fuisset, ueniret condenandus, per dictam Curiam condenetur una cum danis expensis, et interesse reficiendis dicto Accusato, denunciato, uel querelato, et si Curia in predictis fuerit negligens in suo Sindicatu per Curiam dicti Communis in dicta pena condenetur, et dictas expensas, damna, et Interesse dicto Accusato, denunciato, seu querelato de suo proprio reficere teneatur.

Volumus insuper, quod Curia dicti Communis sub uinculo per eam [illegible]

Iuramenti

43r

Iuramenti, et pena quinquaginta librarum in quibus per Sindicum dicti Communis debeat condenari, non debeat, neq. presumat aliquo modo aliquam personam cogere ad aliquam accusam, denunciam, seu querelam faciendam pro aliquibus Maleficijs, uel delictis; et si aliter fieret nullatenus ualeat.

De pena tractantium, quod dominium dicti Status sit remotum à dominio Ill.mi et Ecc.mi Dni Alberici Cybo Malaspina

STATVIMVS, et ordinamus, quod nulla persona audeat, uel presumat aliquo quesito colore trattare, uel ordinare publice, uel occulte cum aliquo Commune, Ciuitate, Castro, uel loco, uel cum aliqua singulari, uel speciali persona, quod Dominium dicti Status, quod prefatus Ill.mus et Exc.mus Dnus ALBERICVS habet, transferatur in aliud Commune, seu in aliquam aliam singularem, uel specialem personam in damnum prefati Ill.mi et Exc.mi Domini eiusq. Heredum, et Successorum, et qui contrafecerit ipso facto in crimine lese Maiestatis incurrisse intelligatur, et arbitrio prefati Ill.mi et Ex.mi Dni condenetur, et puniatur, et Curia dicti Status possit, ac debeat contra delinquētes ex suo officio procedere per Inquisitionem, et repertos culpabiles condenare et puniri debeat.

Et si quis attentauerit, uel attentare presumpserit contra fidelitatem Ecce, et eiusdem Ill.mi et Exc.mi Domini, eiusq. Heredum, et Successorum nullo umquā tempore habere possit aliquod officium, aut Beneficium in Commune dicti Status, neq. audiatur in Ciuilibus, neq. Criminalibus Causis, sed tāquā persona priuata omni officio, et beneficio priuetur, et nihilominus puniatur arbitrio prefati Ill.mi et Exc.mi Domini.

Quod Pater teneatur dare legitimam Filio condennato

Statuimus et ordinamus, quod filius cuiuscumq. si aliquid maleficium vel delictum commiserit, et non comparuerit coram Curia dicti

dicti Status, et citationibus dictæ Curiæ non paruerit, per Curiam predictam procedatur tanquam contra contumacem.

Et Pater ipsius talis filij maleficium commidentis cogatur per Curiam predictam ad dandum, et assignandum legitimam, et portionem dicto tali suo filio, quæ legitima, et pars obueniens dicto filio delinquenti, seruatis seruandis lata sententia contra eum confiscari debeat Fischo pro quantitate in dicta Sententia declarata.

De pena dantis impedimentum uolenti testamentum condere

STATVIMVS, et ordinamus quod nulla persona audeat, uel presumat aliquam personam uolentem facere Testamentum Codicillum Donationem causa Mortis, aut aliquam aliam ultimam Voluntatem impedire, turbare, uel aliquo modo molestare, et si quis contrafecerit omni legato sibi facto, et successione debita priuetur, et nihilominus in libris Centu denariorũ uice qualibet condẽnetur, et puniatur, et Curia in pr̃ssuo procedat officio.

De pena associantis aliquem de dicto Statu, uel forensem uolentem aliquem offendere

STATVIMVS, et ordinamus, quod nulla persona audeat, uel presumat associare aliquem de Statu dicti Communis, siui forensem per Territorium, seu extra Territorium dicti Status ad offendendum aliquam personam, uel ei in predictis dare auxilium, consilium, et fauorem.

Et si quis contrafecerit per Curiam condẽnetur attenta qualitate delicti ea pena, in qua ex forma presentium Statutorum principalis offendens ueniret condẽnandus, et Curia in predictis possit suo ex officio procedere, et repertos culpabiles condẽnare, et punire ut supra.

De pena deuastãtium Pontem fluminis Naris

STATVIMVS, et ordinamus quod Pontem aliquem perdere

Supra

supra flumen Haris, nullus audeat, uel presumat deuastare, et si quis Pontē in Tenimento dicti Status deuastauerit in centum libris den. pro quolibet et uice qualibet condānetur, et puniatur, et si quis de dictis Pontibus, aut aliquo ipsorum aliquas fraschas, uel lignamina, siue lapides leuauerit, in decem libris pro quolibet, et uice qualibet condēnetur, et puniatur.

Et si quis de dictis Pontibus, uel aliquo ipsorum trabem proiecerit inciserit uel deuastauerit in quinquaginta libris den. pro quolibet, et uice qualibet condēnetur, et puniatur, et in quolibet dictorum Casuū suis sumptibus quod deuastauerit reficere teneatur. Ac etiam ad omnia dāna, expensas et interesse, quæ inde sequerentur alicui Communi generali aut particulari personæ, seu eorum animalibus rebus, et personis, ac etiam in penā sequuti delicti, et Curia in predictis suo procedat officio. Volumus autē quod si quis causam transeundi aliqua necessaria, et opportuna pro edificiis construendis, uel reparandis ad aliquam penam non teneri, sed teneatur dictum Pontem suis sumptibus, et expensis reficere.

Quod Maiores quindecim annis, ad testificandum admictantur

STATVIMVS, et ordinamus, quod Maior quindecim Annis, tam Mares quam Fæminæ in Ciuilibus, et Criminalibus Causis testificari possint, et ualeant excepto quod non essent ueri Inimici, et maleuoli, nec habitarent in una, eademq. familia.

Quod Masculinū cōcipiat Femininum

STATVIMVS, et ordinamus, quod omne Masculinū Concipiat Femininum, etiam in penalibus, et odiosis, et quod in omnibus, et singulis capitulis, in quibus loquitur de Masculo, intelligatur etiam de femina, et similiter loquens de femina intelligatur de Masculo, scilicet in genere, tam Masculino, quam Feminino.

De

De applicatione, et solutione poenarum

STATVIMVS, et ordinamus, quod omnes et singulae poenae presentium Statutorum imposita applicentur, et applicatae esse intelligantur Camerae, et Curiae prefati Ill.mi, et Ecc.mi D.ni ALberici Cybo Malaspinae, et quod Curia non obstante quod in aliquibus dicatur Communis, nihilominus semper intelligatur, et sit prefati Ill.mi, et Ecc.mi D.ni et non dicti Communis, sed bene ad Gubernationem eiusdem declarantes Cameram, et Curiam unam eademque esse, et sic intelligi debere nisi aliter expresse in dictis Capitulis Applicatio huiusmodi divisa, et expressa fuerit.

Adijcientes quod omnes, et singulae penae, in quibus Curia, et officiales quam Curiae quam dicti Communis per Sindicum dicti Communis fuerint condemnati applicentur, et applicatae esse intelligantur pro medietate dicto Communi, et pro alia medietate Curiae, quae de his effectualiter exequutionem fecerit, et in manibus Generalis Camerarij dicti Communis integraliter peruenire fecerit.

Declarantes etiam, quod quaelibet pena pecuniaria intelligatur esse denariorum modo et ordine infrascripto quod duodecim denarij faciant unum sol. Viginti [illegible] faciant unam libram, quinque librae faciant unum Florenum, Duo solidi cum dimidio faciant unum bol, Sex bol faciant unum Carolenum et quinque quatreni faciant unum baiocchum.

res noua certe + huiusmodi Solutionis declaratio non solum in penalibus, sed in omnibus et singulis Solutionibus fiendis locum habeat.

Quod Curia cogat rixantes, ad fideiussiones prestandum de non offendendo

STATVIMVS, et ordinamus, quod Curia dicti Status pro pacifico Statu prefati Ill.mi Domini, et Hominum, et Personarum dicti Communis ad obuiandum Scandalis, sub uinculo per eum prestiti Iuramenti teneatur, et debeat Rixantes ad pacem reducere.

Sin autem cogere, et compellere dictos rixantes, ad promittendum, et

45v

fideiussiones prestandas inter eos de non offendendo, nec offendi faciendo facto
et in personam pro seipsis principalibus Rixantibus, ac pro ipsorum
consanguineis et affinibus usque in tertium gradum computandum, secun-
dum jus canonicum et in majori gradu, prout dictæ Curiæ uidebitur expedire.
Seu prout d. partes nominatim facere inter se fuerint concordes, sub
pena prout eid. Curiæ videbi bitur, Attenta tamen qualitate Rixantium
et substantia eorundem bonorum, non excedentium tamen in penâ coequa-
lem bonorum valorem, cuilibet parti rixanti, nisi aliter dictæ partes in-
ter se fuerint concordes, et reseruato prefati Ill.mi D.ni arbitrio.
Et quod in omnibus, et singulis promissionibus per quoscumq. Rixantes, seu
quascumque alias personas faciendis, et prestandis treguarum, et Pacis per
quemcumq. Notarium de eis rogatos apponantur, et apposita intelligantur
Et licet non fuerint scripta, et stipulata, nihilominus habeantur, et in-
telligantur expressa, scripta, specificata, et stipulata infrascripta Capta V3.
quod pax, et quælibet promissio de non offendendo sit, et esse intelligatur
sub uerbis facto tm, et in personam, et duret, ac durare intelligatur
durante officio illius Curiæ tunc residentis, et per unum Mensem post
introitum sui Successoris, et quod Tregua, seu Pax, aut Promissiones
et fideiussiones predictæ non intelligantur, aut sint ruptæ, aut in ali-
quo uiolatæ,
Insulti sine Armis, Rixa Mulierum, Minorum quatuordecim Annis, et
nisi inter quoscumq. Rixantes maiores, uel minores interuenerint
aliqua ex infrascriptis offensionibus inter ipsos Rixantes comprehen-
sos, uel nominatos in Pace, Tregua, uel fideiussionibus predictis V3
maxima sanguinis effusione, fractura ossis, Cranei, et debilitationis
membri, aut Homicidium.
Adijcientes quod si principales Rixantes non paruerint mandatis Curiæ
in dando, et prestando fideiussiones de non offendendo, In eorum defectu
Cogantur eorum Consanguinei, et Affines dictorum rixantium proxi-
miores ut supra ad predictas Treguas, fideiussiones, et promissiones
de

de non offendendo prestanq. Ut quilibet ipsorum pro se, et sua familia tm cum eo permanente, et habitante ad comune Victum, modo, et ordine suprascripto.

Volumus autem dictos Rixantes ad aliquam fideiussionem prestandam non teneri, quando utraq. pars ipsorum Rixantium coram Curia compareret asserendo de communi ipsarum concordia nolle inter eos haberia Pacem, Treguam, aut fideiussionem aliquam de non offendendo, et tunc et eo casu dictæ partes aliter cogi non possint, nisi interuenientibus grauissimis, et enormissimis offensionibus.

De pena occupantis bona Communis

STATVIMVS, et ordinamus, quod si quis tenuerit, uel occupauerit aliquid de bonis mobilibus, seu stabilibus dicti Communis, aut alicuius Vniuersitatis, Castri, Villæ, seu loci dicti Status post aperturã presentium Statutorum dimictere, et relaxare teneatur, et debeat in posse dicti Communis, et representantium Vniuersitatem predictorum locorum unde essent dicta bona, contrafaciens uerò pena uigintiquinq. librarum condemnetur, et puniatur pro quolibet, et uice qualibet, et nihilominus dimictere, et relaxare teneantur sub dicta pena, et Curia in predictis suo procedat officio.

De pena Notarioru non reportantiũ Contractus, et eorũ ordine retinendo

STATVIMVS, et ordinamus, quod quilibet Notarius d.i Comis et locorum Status predicti teneatur, et debeat intra quindecim dies à die celebrati contractus inclusiue, referre Curiæ D. Comissarij omnes et quoscumq. Contractus Treguarum, et Pacis, de quibus rogatus fuerit inter homines, et personas dicti Communis, et locorum eiusdem et illos in libris dictæ Curiæ describere, cum die, nominibus contrahentium et pena in dictis contractibus apposita, sub pena uigintiquinq. librarum pro quolibet contractu non reportato infra d.m terminũ quindecim dierum.

qui

Qui liber ordinarie retineri debeat per dictam Curiam, et in fine sui officij dicta Curia reddere, restituere, et consignare teneatur saluũ, et inlesum suo in officio Successori, in presentia D. D. Priorum, et Depositarij Ill.mi D. sub pena decem librarum, in quibus debeat per Sindicum dicti Comunis in suo Sindicatu condẽnari, et nihil.s ad restitutioné dicti libri teneatur ..

De pena comictentũ corruptelã cũ Officialibus

CVm propter Corruptelas deueniatur ad maiora Scandala, et propterea multoties delictum remaneat impunitum in graue dãnum, et preiuditium Justitiæ, et Curiæ dicti Status, Ideo Statuimus, et ordinamus, quod nulla persona, tam pro suo, quam aliero interesse audeat, uel presumat corrumpere, aut corruptelam aliquam facere, aut fieri facere, seu committere cũ aliquo officiali, et Curia dicti Communis, nec quomodolibet attentare.

Et qui contrafecerit, tam corrũpens, seu attentans, quam etiam recipiens dictam corruptelam in quatruplum illius penæ, in qua dictus corrumpens pro suo delicto, uel alius pro quo corrumperet, uel attentaret de quo ageretur ex quacumq. Causa, uel re, uigore presentium Statutorum teneretur, et obligatus esset condẽnetur, et puniatur, si uero esset in aliqua Causa Ciuili, seu aliqua quacumq. Causa, in qua pena determinata non esset, in libris quinquaginta pro quolibet, et uice qualibet condẽnetur, et puniatur.

Et Volumus, quod liceat corrumpenti, attentanti, ac corruptelam recipienti et cuilibet alterius personæ contrafacientes denunciari, et accusare Curiæ dicti Com.is, cuius accusationi, et uno Testi fidedigno [illegible], et plena fides adhibeatur, et tertiam partem penæ lucretur, et omnis pena per eum in Curia occasione dictæ corruptelæ, de qua accusam fecerit ut supra eidem totaliter remictatur, et Curia in predictis suo procedat officio.

De poena committentium Usuras

CVM Usura sit Vitium detestabile, et Deo odiosum, et destruat [illegible], Idcirco Statuimus, et ordinamus, quod siquis dederit ad

Usurá

Vsuram, uel quomodolibet alio modo Vsuram cum qualibet alia persona commiserit, Contrafaciens incurrat in quatruplum nomine penæ totius Vsuræ per eum factæ, seu Commissæ, Recipiens uero ad usuram in duplum nomine penæ totius Vsuræ sibi factæ condẽnetur, et puniatur.

Et quod Curia contra Delinquentes ex suo officio per uiam Inquisitionis, et ad denunciam, Accusam, et querelam, ac per omnem alium modum, et uiam procedere teneatur, et debeat, et possit.

Adicimus quod ad probandum dictam Vsuram sufficiant duo testes scientes et scientiam habentes, uel quinq. Testes bonæ famæ probantes de publica uoce et fama, quæ pena pro medietate applicetur, et applicata esse intelligat. Cameræ prefati Ill.mi Dñi, residuum uero accusatori, et Fabricæ ecclesiæ illius loci, penam soluentis applicari equaliter uolumus. Chiese

De pena rixantium cum aliqua persona, seu Vniuersitate occasione confiniũ, et reducentiũ animalia de locis in quibus danum illatũ non fuerit seminatis pratis, et arboribus domesticis, et fructibus alienis.

STATVIMVS, et ordinamus, quod pro quieto, et pacifico uiuere Communis dicti Status, et Conuicinorum, nulla persona audeat, presumat rixare cum aliqua persona Vniuersitatum alicuius Terræ, Castri, Villæ, seu loci dicti Status, nec aliorum locorum conuicinorum dicti Status occasione Confinium inter ipsa loca, Nec alias bestias repertas in confinibus, seu prope Confinia dictorum locorum per Centum pedes perticæ Mensuræ dicti Communis dũmodo dãnum non dederint in Seminatis Pratis, herbis signatis, et locis Banditis, Arboribus domesticis, Vitibus, et fructibus alienis, contrafaciens uero ultra alias penas impositas ex forma presentium Statutorum

Si esset singularis, seu specialis persona in libris Centum denarioru pro quolibet, et uice qualibet condẽnetur

Si uerò fuerint à quinq. personis supra in duplum dicta pena pro qualibet personi, et uice qualibet condẽnetur, et puniatur

Et nihilominus teneatur ad reficiendum omnia, et singula dãna expẽsas et Interesse, quas, et quæ occasione premissæ Uniuersitas, seu particularis persona dicti Status Substinuerit, et passa fuerit. Volumus autẽ pñs Capitulu locum non habere, quando fuisset cum expressa licentia D. Comitis una cũ DD. Prioribus pro tempore existentibus, et quod Curia cõtra delinquẽtes suo procedat offo.

Quod qui nõ habet in bonis luat in corpore

NE Delicta remaneant inpunita Statuimus, et ordinamus, quod Curia di. Comis, et eius officiales sub uinculo per eos prestiti Jur. teneatur, et debeat contra condẽnatos pro aliquo delicto, seu maleficio per eos comisso executiones facere realiter, et personaliter, eosq. cogere, et compellere ad soluendu omne id, et totum in quo uigore pñtium Statutorum fuerint condẽnati, et si quis fuerit condẽnatus in aliqua pena pecuniaria, et non haberet in bonis unde Soluere possit per dictam Curiam incarceretur, et in carceribus detineatur ac dictam penam pecuniariã luat in corpore arbitrio pr. Illmi. et exmi. Dni habita consideratione persone et delicti per eum commissi ad effectum ut in aliorum transeat exemplum, et à delictis abstineant

Quod procedatur de similibus ad similia

STATVIMVS et ordinamus, quod in omnibus, et singulis Maleficijs et Delictis, quæ comitterentur in Territorio dicti Status, de quibus in pñti Statutorum Volumine mentio facta non esset Curia di. Comis procedere teneatur et debeat de similibus ad similia, et ubi in Volumine presentium Statutorumque parti ipsius non fieret mentio, nec adaptari possit taliter procedens Iure procedatur per Curiam Secundum dispositionem Juris Communis

Ego Johannes de Judicibus

QVARTVS LIBER DE EXTRAORDINARIIS

De diebus festiuis custodiendis

STATVIMVS, et ordinamus, quod nulla persona in Territorio, et districtu dicti Status audeat, uel presumat aliquid laboritium facere in diebus, et Festiuitatibus infrascriptis V3.

In Diebus Dominicalibus in die Natiuitatis D.N. Iesu Christi cū tribus tunc proxime subsequentibus, in die Circũsionis Dni, in die Epiphaniæ, in die Paschatis Resurrectionis Dni, cū duobus sequentibus, in die Ascensionis Dni, in die Pentecostes cum duobus diebus sequentibus, in die Veneris Sancti prope Pasqua In quatuor Festiuitatibus Beatæ Mariæ Virginis V3 de Mense Februarij, Maij, Augusti, et Septembris, et in omnibus Festiuitatibus Apostolorum, in festo omnium Sanctorũ in Calendis Nouembris, et in omnibus alijs festiuitatibus Sanctorum, et Sanctarum cœlestis Curiæ quæ ab ecclesia essent preceptæ, sub pena decem Solidorum pro qualibet, et Vice qualibet, liceat tamen in dictis festiuitatibus unicuiq. impune trascinare lignamina pro reparatione domus, laborare in opera Fornacis accesæ, caleas aptare, Metas facere, blada, et legumina uentilare in Artis, [illegible] de Artis reportare, herbas facere, fenum recolligere, ac reportare Canapum, megliarinam, panicale, et alia similia expandere, recolligere, ac reportare, et alia similia facere absq. aliqua pena, et Banno.

De pena asportantium Jugum uel a[illegible] de possessione [illegible]

STATVIMVS, et ordinamus, quod Aratum siue Jugum existen[s] in possessione alicuius nullus audeat, uel pre[sumat] aufe[illegible]

asportauerit sine licentia Patroni, et eo die reportauerit in eo loco quo abstulerat in decem solidorum denariorum condanetur, et puniatur, et ad emendationem dani, et interesse illius diei Domino, et Patrono eiusdem in cuendum quo arare uoluerit omnino teneatur, de quo stari debeat Juramento eiusdem Domini, et Patroni.

Si uero eo die, quo abstulerit in mora [illegible] reportandi, et reconsignandum uero Domino Aratrum, aut Jugum predictum puniatur in tantudem Domino, et Patrono eiusdem pro emendatione eiusdem dani, et Interesse et nihilominus ad restitutionem predictam omnino teneatur, et per Curiam cogatur summarie sine strepitu, et figura Judicij.

Et Curia in predictis suo ex officio procedere non possit, nisi ad accusam denuntiam, siue querelam Domini, et Patroni dicti Aratri, seu Jughi, cuius accusationi cum Juramento, et dicto unius Testis plena fides adhibeatur.

Si quis uero Aratrum, siue Jugum alienum quoquomodo inciserit, seu deuastauerit pena duem librarum pro quolibet, et uice qualibet puniatur et Dno, et Patrono cu Juramento et dicto unius Testis stetur, et credatur. Et nihilominus ad restitutionem, et emendam modo et ordine supra [illegible] omnino teneatur.

De pena asportantium Vuas extra Statu, et de ordine Vindemiarum

[illegible]TVIMVS, et ordinamus quod nulla persona de dicto Statu, sine licentia DD. Priorum, et Curie audeat, uel presumat [illegible] tare uel portari facere aliquam Salmam Vuarum extra dictum Statum, et eius districtu a Calendis Mensis Augusti usque inceptu fuerit Vindemiarum, Contrafaciens uero pro qualibet uice in libris quinque denariorum puniatur pro qualibet uice [illegible] qualibet Salma.

Volumus autem, quod si quis uindemiauerit ante festum Sti. Angeli de mense Settembris, seu ante licentiam concessam per DD. [illegible]toles, et [illegible] liceat ad eorum beneplacitum ante dictu tempus [illegible]

seu post Vindemijs prouidere pena quinq. librarum pro quolibet, et
quolibet die puniatur. liceat tamen unicuiq. cum licentia tamē D. Prioris
Terzerij, et Innantium dicti loci unde esset dictus talis uindemians ante
dictum tempus inpune in dicto suo Terzerio uindemiare.
Ac etiam unicuiq. liceat etiam absq. licentia uuas in terra proiectas, seu
ex arboribus fractis colligere, et reportare, et similiter Moscatellū absq.
licentia colligere cum uno Teste de die tantum, et reportare inpune.

Quod bestia mortua proiciatur longe à domibus

STATVIMVS, et ordinamus, quod si quis de dicto Statu, uel eius
destrictu habuerit bestiam mortuam, teneatur, et debeat dictam bestiā
proijcere tam longe, quod alicui habitanti in aliquo loco alicuius Castri
et loci dicti Status fetor aliquis uenire non possit, contrafaciens uerò pena
quinq. librarum pro qualibet uice puniatur, et delinquens liceat unicuiq.
accusare cum uno Teste de uisu, et etiam Curia suo ex officio procedere
possit, et nihilominus dictam bestiam mortuam à dicto loco remouere
teneatur sub dicta pena.

De Vijs aptandis

STATVIMVS, et ordinamus, quod post aperturam presētiū
Statutorum infra terminū unius Mensis omnes Viæ publicæ, et Comuna-
les per Territorium Status predicti per adiacentes aptari debeant sub pena
decem solidorum, et nihilominus aptare teneatur toties quoties fuerint
requisiti, seu eis mandatum fuerit per Viarios locorum dicti Communis
seu Curiam.

Declarantes quod uia publica, quæ incipit in confinibus dicti Comis in Voc.
Scopuli Cancelli, deueniendo uersus Sambuchetam Colleponten, Forsenet.
Castrum Materillæ, qua itur uersus Interanam usq. in Confinia Montis
Franchi, et Ampognani usq. in Confinibus Andragiani, qua itur uersus
Spoletum, et à Ponte dicti Communis uersus Precipium Castri Vitelsci

rigo.

48v

rigouitum, Saltu Ceci, & Sportellas, usq. in Confinia Terræ Leonissæ sint, et esse debeant in Terra ad minus latitudinis duor. pedum ad pedem perticæ dicti Comis mensurans altius uerò per altitudinem tendendo unius pedis susum, ut commode quæcumq. Salmarū genera absq. impedimento deferri possint, sint et esse debeant latitudinis ad minus quatuor pedum, et prelicta latitudo quatuor pedum locum non habeat in locis scopulosis, quæ commode aptari non possit, dúmodo Salma latitudinis quatuor pedum sine impedimento animalis, et salmæ deferri possit quod sit in discretione Viarij, et Antepositi loci ubi dicta Via fuerit.

Viæ uerò uersus latum Materillæ, et Precepti uersus Confinia Montis Fracki et Arroni, quæ habeat foueas ab omni latere, sint, et esse debeant latitudinis ad minus unius pedis cum uno quarto.

Si uerò ab omni latere foueas non habuerint in Terra sint dictæ Viæ latitudinis unius pedis cum uno quarto, sed per unum pedem sursus tendendo sint, et esse debeant taliter apertæ, et latæ quod qualibet bestia deferens salmam grani, cum Carriolis commode transire possit ad sensum, & discretionem Viarij, et Antepositorum dicti loci ubi essent dictæ Viæ.

Aliæ uerò Viæ publicæ communales, et Vicinales sint, et esse debeant ad minus in Terra latitudinis unius pedis cum do. Altius tendens per unū pedem sint, et esse debeant taliter apertæ, et latæ, ut qualibet bestia cum salma palearum, et Carriolis commode transire possit ad sensum. et discretiorem Viarium, et Antepositorum dicti loci, ubi essent dictæ Viæ et Curia in prædicto suo procedat officio

Quod quilibet possit per locū minus dānosum per possess:nem Uicini reintrare in suā possess:nem

STATVIMVS, et ordinamus, quod quicumq. habuerit aliquam possessionem iusta uiam, teneatur, et debeat introire, et exire per suam possessionem, et non conuicinarum, nisi haberet aliquod Ius reintrandi et exeundi, sub pena quinq. Solidorum pro qualibet Vice, Si uerò dicta

pos=

possessio non esset posita iuxta Viam, tunc libere, et expedite possit introire, et exire per possessionem conuicinorum, et Consortium dicto rum possessionis &c. per locum minus dannosum, et Viæ publicæ propinquiorem.

De pena retrahentis ingenia uel retia de flumine, et Aues de retibus alienis

STATVIMVS, et ordinamus, quod nemo audeat retrahere Retia, martaellos, et similia de flumine, et ex eis pisces extrahere neq; aues de Retibus, et laqueis alienis, contrafaciens uero de die in decem sol. den. pro quolibet, et uice qualibet puniatur, de nocte uero dicta pena quadruplicetur, et in quolibet dictorum Casu dannum emendet patienti.

Quod unus de domo teneatur ire ad exercitum Comis

STATVIMVS, et ordinamus, quod ad opus Comis quodcumq; fuerit opportunum, quolibet die, quo durauerit dictum opus unus de domo maior quindecim Annis pro quolibet foculari teneatur ire cum ferramentis et alijs necessarijs ad dictum opus faciend., et quoties pro dicto opere ex parte Curiæ, et Priorum fuerint citati, uel per baiulum Comis fuerit factum publicum bandum, et qui contrafecerit in uiginti sol. den. uice qualibet puniatur, et nihilominus dictum opus reficere teneatur sub dicta pena. Adijcientes quod presens Capitolum locum habeat etiam pro operibus faciendis in omnibus Castris, Villis, et locis dicti Status de Antepositorum respectiue dictorum locorum.

De pena ludentium ad ludum taxillorum Cartarum Cuturellarum, siue Casei

STATVIMVS, et ordinamus, quod nemo de dicto Statu, uel Jozensis audeat, uel presumat in tenimento dicti Status ludere ad ludum Taxillorum, uel Cartarum, et qui contrafecerit in libris decem pro

uel ni[illegible]
[illegible] 83
[illegible]

50 v

pro quolibet, et uice qualibet puniatur.

Ac etiam ludum Cuturellarum Nuzulesium Casei in locis ubi essent habitationes VI intus Castra, Villas, et Burgos d.i Status, sub dicta pena.

Liceat tamen cuilibet ludere ad ludum tabularum et Scaccorum, et etiam Casei ad uidendum ubiq. sine aliqua pena.

Volumus autem ad supradictam penam teneri quicumq. dictis ludentibus mutuauerit pecuniam, et qui in domo propria, uel conducta tales ludentes receptauerit, uel eisd. possit sui ex officio procedere.

De ordine tenendo per Tabernarios

STATVIMVS et ordinamus, quod quilibet uendens Vinu ad minutum in dicto Statu facere credentiam alicui de dicto Statu non debeat de uino, Pane, et Carnibus, et similibus, nisi usq. in quantitatem decem solidorum, et si quis ultra dictam quantitatem dicta occasione coram Curia alicui aliquid petierit per dictam Curia non audiatur. Et si ipsa Curia Jus alicui ultra dictam quantitatem fecerit, et retinuerit in decem libris denariorum per Sindicum dicti Communis uice q.alt. Condenetur, et puniatur.

Volumus autem quod si aliqua persona pignorauerit seu aliquid pignus alicui Tabernario pro rebus supradictis dederit, teneatur dictum pignus infra quindecim dies recolligere, si uero non recollegerit in dicto termino Liceat ipsi tabernario dictum pignus uendere, et alia facere sicut de re sua propria, et alia facere sine aliqua pena.

Adijcientes etiam quod uigore presentium Statutorũ nulla persona audeat uendere aliquod genus Vini ad minutum sine expressa licentia Curiae et DD. Priorum qui pro tempore fuerint ad penam quatraginta sol. den. pro quolibet Contrafaciente.

Quae Curia, et Priores predicti debeant omne genus Vini uolentibus uendere ad minutum appreciare, et ponere pro pretio quod eis uidebitur esse Condecentius sub uinculo per eos prestiti Juramenti.

De

De modo retinẽdo in deriuatione Aquæ

STATVIMVS, et ordinamus, quod quicumq. uoluerit temperare de Aqua labente per formas Molendinorum Terzerij Sacrati, et Bursini poßit, et sibi liceat die Sabati post horam Completorij de dicta aqua capere quantum sibi sufficit, dummodo dicta Aqua talis deriuans remiserit die lunæ sequenti summo mane in Aurora diei.

Et si quis dictam aquam de dictis formis deriuauerit, et eam in predictum tempus non remiserit in solidis decem uice qualibet puniatur et dãnum Molendinarijs reficere teneatur si et in quantũ dãnum reperint propter dictam deriuationem, et quilibet poßit contrafacientem accusare cum uno Teste de uisu attestante, cuius Juramento plena fides adhibeatur.

Quo ordine bona Communis reperiri, et conseruari debeant

STATVIMVS, et ordinamus ut bona Communis preseruẽtur quod Priores Status predicti, qui pro tempore fuerint teneantur, et debeant annuatim per totum Mensem Maij eligere duos prouidos Maßarios Viros pro quolibet Terzerio de Senibus, et Juuenibus, qui Maßarij iurent in manibus Curiæ ad Sancta Dei euangelia manibus tactis Scripturis bene, fideliter, et legaliter discutere, inuestigare, reinuenire Res, Montes Possessiones, Siluas, Confines, et Territoria dicti Communis circũ circa et post dictum Juramentum teneantur infra unum alium Mensem ex nunc proxime subsequentem referre, et reassignare, prout per eos inuenctum fuerit, quam assignationem Curia Communis per eius Actuariũ scribere, et annotare faciat in Speculo dicti Communis sub pena decem librarum den. in quibus per Sindicum dicti Communis debeat in suo Sindicatu condẽnari. Et si dicti Maßarij in predictis fuerint negligentes incidant in pẽnam uiginti Solidorum pro quolibet contrafaciente, et

quinimo

quinimo predicta exequi, et adimplere teneantur sub dicta pena.

De pena facientis impedimentu uolenti Molendinum edificare

STATVIMVS, et ordinamus, quod nulla persona audeat uel presumat impedire, nec aliquod impedimentum, aut uiolentiam facere, aut prestare alicui uolenti facere, aut edificare aliquod Molendinum, Contrafaciens uero in libris decem pro quolibet, et quali uice puniatur.

Et quando in Molendino deuastato essent plures consortes, et unus, uel plures ex ipsis Consortibus uellent ipsum Molendinum reficere, et reaptare liceat eis, et cuilibet ipsorum reficere, et reaptare etiam nolentibus consortibus, et dictum Molendinum reaptatum tenere, et fructare, donec eis, uel alteri ipsorum de omnibus expensis, quas pro reaptatione dicti molendini fecisset integre fuerint satisfacti.

Et si dicti Consortes, uel ipsorum aliquis dictum molendinu reaptare uolentes, uel uolens ipsis, uel ipsi impedimentum fecerint, aut prestiterint aliquis ex eis in decem libris den. uice qualibet puniatur et ad desistendu ab omni molestia, et impedimento sub dicta pena.

Adijcientes etiam, quod si fuerint duo, uel pluris consortes in dicto Molendino illi, ad quem spectat maior pars dicti Molendini liceat dictum Molendinu regere, et manutenere, accottimare, et alia necessaria facere, prout sibi pro dicto Molendino utilius uidebitur expedire, et pns capitulu locu habere uolumus non solu in edificatis sed etiam in edificare uolentibus et edificantibus.

De ordine retinendo per macinantes Oliuas, et frumentum

STATVIMVS, et ordinamus quod habens aliquod Molendinum ad macinandum oliuas teneatur, et debeat in dicto Molendino habere, et tenere banchettas sub uitibus amplas ultra fusculos per

duos

uendenti Carnis caput, neq; pedes alicuius bestiæ unà cũ dicta Carnĕ ad penam decem solidorũ pro quolibet contrafacienti, et uice qualibet.

Et uolumus quod Curia dicti Status, uel eius officiales teneantur, et debeant ad minus omni die Sabati inquirere pro falsis ponderibus, et in alijs diebus toties quotiẽs fuerit opportunum, et carnes uenditas repesare, et quod pro una uncia in quolibet pondere non teneatur ad aliquam penam, sed à dicta uncia una supra tantum, et si in predictis Curia negligens fuerit in suo sindicatu in libris decem denũ pro qualibet uice condẽnetur.

In quanto tempore Forenses habitantes in d.º Statu datiuas soluere teneantur, et quis reputetur Forensis

STATVIMVS, et ordinamus, quod si quis forensis habitauerit, seu moram fecerit in dicto Statu post unum Annum à primo die quo uenerit in dicto Statu ad habitationem faciendam teneatur, et debeat soluere datiuas, quæ in dicto Statu imponuntur per foculares, prout per alios focularũ dicti Status soluitur, et omnes, et singuli forenses habentes possessiones in dicto Statu, similiter teneantur, et debeant soluere datiuas de dictis suis possessionibus, prout homines, et personæ dicti Status soluerint pro estimatione suarum possessionum, siue catasti, et quod in predictis, et quolibet predictorum possit, et debeat quilibet dictorum forensium realiter, et personaliter conueniri, donec huiusmodi d[...]uæ fuerint per ipsos forenses, et quemlibet ipsorũ integraliter solutæ, et satisfactæ. Et si Curia in predictis fuerit negligens pena decem librarũ uice q.a[...] in suo sindicatu debeat condẽnari.

Adijcientes quod Priores, et Antepositi, cuiusq; Castri, Villæ, seu loci dicti Status non debeant, aut possint aliquo modo aliquem forensem admittere et aggregare inter foculares dicti Communis sine expressa licentia [...] Ill.mi et ecc.mi Dñi, Contrafaciens uerò in pena ducentarum librarũ [...]dẽnetur, et puniatur pro quolibet, et qualibet Vice.

Declarantes

53v

Declarantes in presenti, et quocumq. alio capitulo supra et infrascripto in presenti Volumine Statutorum contentis Forenses dici, et reputari tãtũ posse, et esse personas, qui non essent sub iurisdictione dicti Status, et aggregatæ, et connumeratæ intus foculares dicti Status, personas uerò de uno loco ad alium dicti Status interis non habere nec posse dici, aut reputari, aut aliquo modo esse forensis.

De pena mictentium lapides in Canale alicuius Molendini

STATVIMVS, et ordinamus, quod nulla persona audeat uel presumat aliquem lapidem, siue eius simile impedimentũ mictere uel malitiose ponere in Canale alicuius Molendini de dicto Statu propter quod Molendinarijs Molendini, uel alicui speciali personæ damnum aliquod sequeretur, et qui contrafecerit in libris decem denariorum qualibet puniatur, Teneaturq. et debeat quilibet Molendinarius in capite Canalis sui Molendini habere Aspum, siue Rasbellum, quem [illegible] non habuerit pena uiginti sol. puniatur, et de predictis, et quolibet predictorũ semper stetur, et credatur Juramento damnum passi, et ei plenã fides adhibeatur, et Curia in predictis suo procedat officio, et ad tale damnum inferens ad emendationem dicti dãni, et interesse damnum passo penitus teneatur.

Quod Catastũ et focularia dicti Comis diuidantur

STATVIMVS, et ordinamus, quod Catastũ, et focularia dicti Status reuideantur, et fiant per illum modum, et uiam, quibus per Consiliarios dicti Communis melius expedire uidebitur, et omne id quod per ipsos Consiliarios factum, et ordinatum fuerit ualeat, et teneat pleno Jure.

Adijcientes quod si aliqua familia dicti Status deuenivet ad diuisionẽ et ipsi inter se fecerint focum diuisum, et non steterint insimul in

Com=

communione ad unū panem, et unum Vinū incontinenti describi debeant intus alios foculares dicti Communis, ac facere factiones, et soluere omnes et singulas datiuas, et impositiones per dictum Communē impositas, et imponendas, non obstante quod esset adhuc sub Auia, uel patria potestate et quacumq. alia lege in contrarium loquentē.

Quod liceat suum Vsciamen prosequi in quolibet loco

STATVIMVS, et ordinamus, quod quicumq. de dicto Statu habuerit Cupellos, siue Arnas, et ex ipsis exierit aliquod Vsciamen liceat Dn͞o ipsarum Apium ire, et sequi dictum Vsciamen, ipsumq. resumere, et capere de quacumq. possessione, et arbore cuiuscumq. personæ sine aliqua pena, et si in possessione, uel arbore aliena dānum aliquid dicta occasione inferret Dn͞us ipsarum Apium ipsum dānū patienti emendare teneatur, et nulla persona audeat Dn͞o ipsarum Apiū in captione dicti Vsciaminis aliquid impedimentum inferre, et qui contrafecerit in quinque sol. den. uice qualibet puniatur, ac teneatur ad refectionem dāni, et Interesse Domino dictarum Apium.

De pena capientium Columbos

STATVIMVS, et ordinamus, quod nulla persona audeat, uel presumat accipere, seu capere columbos de Columbaria aliena cum retibus uel indicibus, seu alijs laqueis studiose factis, contrafaciens uero in sol. uiginti den. pro quolibet columbo, et uice qualibet puniatur.

Si quis uero cum Schioppetto, seu Archibusio balistis, et similibus sagittauerit ad Columbariam alienam pena quinq. librarū pro quolibet ictu puniatur.

Si uero cum lapide ad dictam Columbariam sagittauerit, in medietatem dictæ penæ ut supra puniatur.

In alijs uero locis, si quis cum Archibusio, schioppetto, Balistis, seu aliquo simile sagittauerit in sol. quatraginta pro quolibet ictu ut supra puniatur.

Si quis uero deuastauerit Columbariam alienam, seu in dictam Columbariam

absq.

54 v

absq; licentia patroni dicti Columbariæ ingressus fuerit pena quinquaginta librarum pro quolibet, et qualibet uice puniatur.

Et nihilominus in quolibet dictorum Casu dãnum emendari teneatur. Volumus autem quod unicuiq; liceat tempore iacti seminis frumenti Cannapis, et similium, et per quindecim dies postea inmediatẽ sequentes Cum lapidibus, bastono, laqueolis in sua propria possessione, uel conducta dictos columbos interficere, et alia penã, et emendam minimẽ teneatur.

De pena colligentium Canthium

STATVIMVS, et ordinamus, quod nulla persona dicti dicto Statu audeat, uel presumat colligere, uel colligi facere Canthiũ frumenti, et rerum, de quibus duodecimam dare tenetur alicuius Ecclesiæ Domino, uel speciali personæ sine presentia Decimantis ad penã uiginti sol. pro quolibet Contrafacienti, saluo quod si dictus talis decimans fuerit alta uoce tribus uicibus uocatus per dictum talem colligentem, et non responderet. liceat illi tali dictum Canthium cuiuscumq; generis colligerẽ sine pena, et dãno, et de huiusmodi accumationẽ stetur, et Credatur Juramento dicti uocantis, et acclamantis cum uno Teste.

De Cereis fiendis Ecclesÿs dicti Status

STATVIMVS, et ordinamus, Ad laudem, et reuerentiam Omnipotentis DEI, et BEATÆ MARIÆ VIRGINIS, et omnium Sanctorum, et Sanctarum Cælestis Curiæ, quod Antepositi omnium Castrorum, Villarum, et locorum dicti Status teneantur, et debeant annuatim respectiue W. unusquisq; in celebrationẽ festiuitatis suæ Parochialis ecclesiæ existentis in suo Castro Villa, et loco curarẽ taliter pro reuerentia dictæ Ecclesiæ, ut fieri faciant Cereum, et dictæ ecclesiæ dictus Cereus offeratur, et quod dicti Antepositi habeant auctoritatem et facultatem imponendi, et exigendi bol. unum pro quolibet Joculari suorum locorum pro dictis Cereis fiendis.

Et

Et si in predictis fuerint negligentes pena quinq. librarum pro quolibet, et uice qualibet puniatur, et si dicti foculares recusauerint soluere dictu boll. quilibet recusans pena decem sol. puniatur, et de predictis stetur, et credatur relationi dictorum Antepositorum aut eorum exactoris, et nihilominus dictus Cereus, et predictam impositionem respectiue facere, et soluere teneantur et debeant ut supra, sub dictis penis.

Quod Sacerdotes soluant Datiuas de bonis paternis

STATVIMVS, et ordinamus, quod omnes Sacerdotes, et Clerici de dicto Statu, et eius Tenimento soluere teneantur, et debeant in Com. siue exactori Comis predicti omnes, et singulas collectas, datiuas, et impositiones per dictum Communi impositas, et pro tempore imponendas de omnibus, et singulis eorum bonis, possessionibus, et ribus paternis, et Maternis, et de omnibus alijs per ipsos emptis, et in futurum emendis, ac etiam de successionibus eius obuenientibus, sub pena quarti pluris, et exequutionis, sicut alij seculares de dicto Statu soluere teneant. et debeant.

Quod Maiores Septuaginta Annis, et Minores quindecim ad Custodiam faciendam non cogantur.

STATVIMVS, et ordinamus, quod nullus de dicto Statu maior septuaginta Annis, et minor quindecim Annis teneatur ad aliquam Custodiam, aut opus personale faciendum, et ad pred.a nullatenus cogi possint.

Quod uasa uendentiu sint iusta, et sigillata

STATVIMVS, et ordinamus, quod quilibet uendens Vinu, uel Oleum, aut aliud simile ad minutum, teneatur, et debeat habere, et retinere uasa iusta, et sigillata cum Mensuris, et Sigillo dicti Comis penes eius Camerarium existentibus, et cum plumbo, et ipsa Vasa, aut aliquis ipsorum non sint rasa, Contrafaciens uero in quolibet dictorum Casu pena uiginti solidorum pro qualibet Contrafacienti, et qualibet mensura puniatur.

Et

55v

Et hoc intelligatur de Pedicto, medio Pedicto, et foglietta, et quilibet uendens aliquid de predictis teneatur mensuras implere usq. ad summu' ad penam quinq. solidorum pro quolibet contrafacient', et uice qualibet, et hoc stetur et credatur iuramento Accusatoris, et Curia in predictis suo procedat officio ac perquirere teneatur ad minus semel in Ebdommata, sub pena decem sol. in quibus debeat per Sindicum dicti Communis condenari.

Quod Castra, et alia Fortellitia dicti Comu'is te'pore suspecti custodiri debeant

STATVIMVS, et ordinamus, quod fortellitia, Castra, et Turres Status predicti tempore alicuius suspecti custodiri debeant per homines et personas loci ubi dicta fortellitia, et Turres extant, et Antepositi, siue Iuuantes dictorum locorum V3 quilibet in suo Castro, Villa, et loco tempore suspicionis cohadunari faciant Massarios, et homines dicti loci, et proponere dictas suspiciones, et prout per homines, et personas illius loci, aut maiorem partem ipsorum homini' ordinatum, et uictum fuerit exequutioni demandare teneantur, et debeant, sub pena uiginti librarum, et nihilominus exequi, et custodiri faciant ut supra sub dicta pena cum consensu t'm D. Comissarij, seu eius Curie.

Qualiter confinia inter Castrum Materille, et Precepti diuidantur

STATVIMVS, et ordinamus, ne scandalum aliquod in futurum oriri possit inter homines Materille, et Precepti occasione Confinium, dicta talia confinia totaliter diuidantur, et diuisa inter eos esse intelligantur, V3 quod a cursu antiquo fluminis Naris in Pede lacus Precepti in uocabolo le Reneccia sint diuisa dicta Confinia inter homines predictorum locorum, et prout diuidit duodecima olim Capitali S.ti Johannis Lateranensis, et nunc Ill.mi et exc.mi D.ni Alberici, et duodecima Monasterij S.ti Petri de Ferentillo tali ordinatione semper dicta Confinia

diuisa

divisa sint, et pro ut cursum d. Fluminis, et d. Duodecima dividuntur.

Quod Castra, et Villae dicti status possint reformationes facere

Statuimus, et ordinamus quod tempore futuro Universitas cuiuslibet Castri, et villę d. status seu maior pars hominum cuiuslibet ipsorum pro conservatione, augumentatione, fortificatione, et qualibet alia causa praed: locorum, et villarum possit, et liceat ordinare, statuere, et omnino reformare quicquid voluerit, et opportune videbitur dummodo talia ordinamenta non preiudicent Illmo Exmo Dno Alberico Cybo Malaspina et capitulis Communalibus subscriptis in volumine pti. Statuti dummodo sint approbata et confirmata per praed. Illmum Dnum seu eius Locumtenentem seu Auditorem, ac etiam per Consilium speciale Communis d. Status, et non preiudicent aut praeiudicare possint confinibus locorum vicinorum suorum d. status tm, et non alterent pœnam convicinis de d. Statu sed illam eamdem et pœnam pro se ipsis imposuerint et solverint aliis suis convicinis de d. Statu imponere possint exceptis dumtaxat pasculis, et herbaticis eorumdem locis propriis vendi et locari solitis

De pœna portantium arma

Statuimus et ordinamus quod nulla persona de d. Statu vel aliunde audeat vel praesumat portare aliquod genus armorum offendibilium nec etiam cultellum qui maioris lungitudinis et ultra unum palmum de tertio per castra loca, et villas, et terras d. Status nec in ipsorum Burgis Vz incipiendo in Burgo castri Materillae at scopolis S. Mamiliani in capite vallis grotellae existentibus usque ad fontem S. Testi, et a d. fonte usque ad picturam strictus usque ad domum catenae, quae est posita prope vias laqus castri Precepti in Vocabulo capitis macchiae, nec per alia castra, terras d. Communis nec prope ea aut domos habitatium eorum et

per centum pedes perticæ ad mensuram usualem d. Communis men-
surand. sub pœna quinque librar a quolibet contrafaciente, et vice
qualibet auferendarum, et nihilominus perdat dicta arma.

Liceat tamen in eundo, et redeundo foris continuatis passibus d. ar-
ma portare per d. loca ligata tm in Palatio vero Residentiae Curiæ, et
in Consilio speciali, aut Generali, et coadunantiis dd. locorum, et in
quibuscumque ecclesiis, et noctis tempore in quolibet dd. Casu d. pœna
duplicetur, et de facto exigatur.

Et quod Curia in pred. per inventionem tantum procedere possit, et d. ar-
ma auferre teneatur, et credatur cuilibet offitiali arma auferenti si
vero non auferret, aut auferre non posset cum uno teste, de visu ei
credatur.

Teneaturque d. Curia sub vinculo per eam prestiti iuramenti et pœna decem
librarum denar; in quibus debeat per sindicum d. Comij condemnari sal-
tem omnibus diebus dominicis, et aliis festivitatibus perquire pro d. ar-
mis, et repertos culpabiles punire infra terminum decem dierum post
inventionem factam, et si infra d. terminum non exigerit d. pœnam am-
plius exigere non possit, et suam ammittat portionem debita portione
pred. Illmo et Exmo Dno semper salvo.

Si quis vero non permiserit se perquiri aut arma auferri aut quando fit per-
quisitio Armorum e manibus aut conspectu Curiæ aufugerit in
duplum suprad. pœna ut supra puniatur.

Liceat tamen cuilibet in festo S. Petri, in Festo Ascens. in dominica mediæ
quadragesimæ in d. Locis, et ecclesia pred. arma impune deferre ac etiam
in omni, et quocumque loco, et tempore.

Volumus autem quod liceat DD. Prioribus Comis et Cancellario d. Comij et offitia-
libus damnorum datorum pro tempore existentibus arma impune deferre

= De pœna alienantium aliquam rem stabilem in Terio d. Status alicui Forensi =

Stat. et ord. quod nulla persona audeat vel presumat alicui forensi, et non subiecto Comi Status pred.

uendere, donarẽ, pignorari, testari, uel legare, aut aliquo modo alienarẽ ali=
quam rem stabilem, sitam in quibuscumq. Castris, Terris, et Villis, et locis, et
earum pertinentiis, et dicti Comis; Nec de rebus, et bonis stabilibus dominiũ,
aut Jus aliquod transferre alicui forensi, et non subiecto dicto Communi, ut
supra, et si secus fiet aliquo modo non ualeat, et dicta res sic uendita, donata
pignorata, aut quomodo alienata ut supra, ac eius pretium in dãnũ, et caduc=
ram Emptoris, et Venditoris ipso facto absq. aliqua alia pronunciationẽ, et
declarationẽ, sententia, et Processu fiendo deuoluatur, et deuoluta esse intel=
ligatur, et sint pleno Jure, et pro tertia parte applicentur, et applicata
esse intelligantur, et sint Communi d.i Status, et pro alia tertia parte Ec=
clesiæ illius loci, Castri, et Villæ, unde esset dictus alienans ut supra, et
pro alia tertia parte Cameræ et Curiæ prefati Ill.mi Domini.

Et quod similiter nulla persona dicti Status audeat, uel presumat uenderẽ
donarẽ, pignorarẽ, aut aliquo modo pignorarẽ alienarẽ, et Jus transferre
alicui forensi, et non subiecto iurisdictioni dicti Comis aliquã rẽ stabilem
existentem, et positam etiam extra Territorium Communis dicti Status
absq. expressa licentia, consensu, et uoluntate omnium D.D. Priorum
pro tempore existentium, ac etiam Curiæ dicti Status, et si quis contra=
fecerit pena dupli precij, seu ualoris dictæ rei uenditæ, pignoratæ, do=
natæ, aut quomodolibet alienatæ, et translatæ puniatur, et applicetur
modo, et ordinẽ supradicto.

Et Notarius, qui de eis rogatus fuerit, et Testes, qui interuenerint intra
terminum quindecim dierum proximẽ futurorũ a die rogatus, et interuent.
connumerandi denunciare, et referre teneantur, et liberare Curiæ, et D.D.
Prioribus dicti Comis pro temporẽ existentibus, contrafacientes eis pena
quinquaginta librarum den. pro quoque, et uice qualibet puniantur, et Curia
in predictis suo procedat officio.

De pena extrahentiũ grasciã, et uendentiũ forensibus

STATVIMVS, et ordinamus, quod nulla persona de d.o Statu
uel

uel aliunde audeat, uel presumat aliquo modo extrahere, aut extrahi facere aliquod genus Bladi, seu frumenti, neq. mustum ante festu omnium Sanctoru, quo ad dictum mustu tantu extra Territorium d. Status.

heredum Jordani ad fontem in possessione heredum Felicis Petri, et sequitur deueniendo usq. in flumen.

Volentes, et declarantes, quod facta dicta fouea modo et ordine supradictis per homines habentes Terras in dicto Voc. Puzicchiæ, et Machiæ pro rata, et portione Terrarum, quod ab inde in posterum per adiacentes, et habentes Terras contiguas, et Conuicinas dictæ foueæ debere fodi remundari, et manuteneri, et singulis annis ut supra in precedenti Capitulo de alijs foueis dictum est de Mense Maij, et Septembris ad penam decem sol. pro quolibet, et uice qualibet, et quolibet petio Terræ et quod pro premissa fouea pro prima uice dumptaxat Cauanda ut supra, Antepositi pro tempore existentes teneantur, et debeant sub uinculo per eos prestiti iuramenti, et pena decem librarũ pro quolt. Curiæ applicand. dictam foueam fieri, et fodi facere, et inobedientes Curiæ referri.

Quod bestiæ non intrent intra has Senaitas, ... uno anno ad penam nõ tenentur.

STATVIMVS, et ordinamus, quod nulla persona audeat, uel presumat immictere, et retinere aliquas bestias intra has Senaitas Vẽ incipiens intus uiam à Capite Cerquæ, et exeundo ad fossatum Marmandi, et deorsum per dictum Fossatum deueniendo usq. ad uiam Ficocchiæ, et exeundo per uiam rectam usq. ad Confinia et à dicta uia uersus Planum usq. in flumen Naris, et qui Contrafecerit pena quinq. sol. pro qualibet bestia, et uice qualt. puniatur.

Nulla autem persona audeat admictere, aut retinere aliquas bestias infra has Senaitas Vẽ à Calendis Mensis Aprilis usq. per totum Mensem Junij in quolt. Anno, et non ultra in Voc. Podis Siluæ incipiens à uia Costæ iuxta Pratum, et Possessionem Marciangili, et exeundo per dictam Viam usq. ad Collem Falchitti Vẽ à dicta uia intus uersus dictum flumen, et qui Contrafecerit dicta eadẽ pena puniatur ut supra.

Liceat

Liceat tamen unicuiq. eo die quo arauerit intus dictos Confines retinere tā bestias aratorias, quam etiam Vaccinas, et Armentitias, tā solutas quam etiam ligatas, tam in Suis Possessionibus, quam alienis in dictis Senaitis, et qualibet ipsarum existentibus, quæ si dannū nō dederint ad aliquam penam minime teneantur, Si uero dannum dederint pena Capituli generalis ut supra puniatur, similiter liceat tempore Messium eo die, quo aliquæ bestiæ trituraverint dictas bestias triturantes solutas, aut ligatas in dictis Senaitis, et qualibet ipsarum, tam in eorum proprijs possessionibus, quam alienis retinere, quæ si dānum nō dederint ad aliquam penam minime teneantur. Si uero dannum dederint puniantur ut supra in Capitulo generali continetur: Volumus etiam quod de bestijs Vaccinis, et Somarinis minoribus uno anno, nullus ad aliquam penam minime teneatur

De pena retinentiū bestias Caprinas, et Pecudinas in Castro Precepti, et eius territorio. [illegible]

STATVIMUS, et ordinamus, quod nulla persona audeat uel presumat retinere, aut pasculare aliquas bestias Pecudinas, aut Caprinas in Castro Precepti, et eius Territorio, Si quis uero contrafecerit pena unius sol. pro qualī bestia, et uice qualī puniatur, Liceat tamen unicuiq. de dicto Castro retinere bestias Caprinas, et Pecudinas tm in uocabulo Pedis Siluæ Vz incipiendo à possessione seu Prato heredum Marciangeli, et à capite Possessionis heredum Permatthei Petri Jannis, et ut seq. sursum per uiam Costa eundo usq. ad Collem Falchitti Vz à dicta uia uersus Siluam Sacratio, et non autem à dicta uia uersus Flumen.

Liceat etiam dictas bestias remictere in domibus in dictis locis existen: et à dicta uia infra uersus flumen, non autem pasculando per possessiones alienas à dicta uia infra, quæ si dannū non dederint

ad

ad aliquam penam non teneantur, si uerò aliquod dãnum dederint, seu à dicta uia uersus Flumen pasculauerint puniantur ut s.ª dictum est.

De pena retinentiũ Scrofas, et ultra duos Porcos

STATVIMVS, et ordinamus, quod nulla persona audeat uel presumat aliquam Scrofam aptam ad procreandum, et faciendũ Suillos retinere in Castro Precepti, et eius Territorio, si quis uerò contrafecerit pena quatraginta sol. pro qualt Scrofa, et uice qualt puniat. Si quis uerò retinuerit ultra duos Porcos pena decem sol. pro quolibet Porcho, et uice qualt, qua fuerit accusatus puniatur.

Quod fiat unus Ponticellus in pede lacus Precepti

STATVIMVS, et ordinamus, quod Innantes, et Antepositi Castri Precepti intra terminum unius Mensis post aperturam presentium Statutorum, teneantur, et debeant fieri facere per homines dicti Castri unum Ponticellum in pede lacus Precepti in pede possessionis, quæ olim fuit Morichitti Jo: Martini de Precepto, et Jo: Argentini de Monte Franco, et postquam factus fuerit, ipsum manutenere, et manuteneri facere, si quis de dictis Innantibus non obedierit, pena decem sol. pro quolibet, et uice qualibet puniatur, et si predicti Innantes in predictis fuerint negligentes pena triginta sol. pro quolt puniat. et nihilominus p.ta facere teneantur sub d.a pena.

De pena facientiũ inmũditias in forma Molendinorũ

STATVIMVS, et ordinamus, quod Nulla persona audeat uel presumat lauare Pannos, nec Smorcam, aut aliquas inmunditias proijcere in forma aquæ Molendinorum, incipiendo ab angulo Domus. q. Bernardini Santis, et nunc Bartholomei Marcucij uersus Casariosum usq. ad imaginem Strictus, Si quis uerò contrafecerit

pena

pena quindecim sol. pro quolt, et uice qualt puniatur, et quod post aperturã presentium Statutorum infra terminum unius Mensis quicumq. habet aliquam Cloacam, uel Necessarium corrispondentem uersus dict. formam, ex quo aliquo modo deuenire posset aliqua inmunditia, seu turpitudo in aquam dictæ formæ, claudere, et remulare teneatur, et clausum, et remuratum retinere, et qui Contrafecerit pena quinq. librar. pro quolibet puniatur, et nihil. exequutioni demãdare teneat. sub d.a pena

Volumus autem, quod unicuiq. liceat noctis tempore Mordum dictor. Molendinorum in d.a aqua inpune proijcere, et similiter liceat ab angulo dictæ domus uersus Flumen inpune lauare.

Quod unicuiq. liceat retinere bestias intra has Senaitas

STATVIMVS, et ordinamus, quod unusquisq. possit, et sibi liceat retinere bestias grossas, et porcinas n.o prout supra ex speciali forma Capli permictitur intra has Senaitas uersus dictum Castrum Vz incipiendo à Maiestate Strictus, prout recte tendit ad forcellam Vaitti, et ad Scopulos Costæ iuratæ, prout recte tendit ad possessionem Blasij in u.o Pedis Costæ, prout recte tendit ad possessionem Seu limen possessionis Natalini Johannis iuxta bona Hospitalis. prout recte tendit ad possessionem lucæ Benedicti Scilicet ad limen iuxta bona heredum Cardinalis in Voc. Vinealis, et prout recte tendit ad Puteum Riui, et prout recte tendit ad domũ olim Per. matthei Petri Jannis usq. ad Flumen Sine pena, et danno.

Volumus autem, quod D.ni Possessionum intra dictas Senaitas existen. qui nollent eisd. dannũ inferri tempore oliuarum teneantur, et debeant suas possessiones bandiri facere, et post dictum Bandum St quis dãnum dederit in dictis possessionibus Cum bestijs, pena Capituli generalis de tali danno loquente puniatur, alias si ban- diri non fecerint, et licet d. d. ad aliquã penam minime teneantur.

Exceptis

Exceptis tm̃ Hortis existentibus infra dictas Senaitas tm̃ sepe, uel Muro clausis, in quibus d.d. personaliter, aut cum bestijs pena generalis Capituli puniantur.

Volumus etiam, et declaramus, quod si quis quoquomodo audacter intraret in hortos, seu hortum alienum, seu inde exiret sine licentia, et presentia Patroni dicti Horti, seu eius familiæ, etiam quod dannum non dederit ad penam Capituli generalis de dãnum dantibus in Horto perinde, ac si dannum dedisset omnino puniatur.

Volumus etiam, et Declaramus, quod si quis emeret Scrofam aptam ad porcellandum, quod liceat eidem per uiginti dies tm̃ intus dictas Senaitas ac etiam in Stabulis impune retinere, non obstanti quocumq. Capitulo generali, aut Particulari in Contrarium loquenti &c.

De pena mictentiũ bestias in formis Plani &c.

STATVIMVS, et ordinamus, quod nulla persona audeat uel presumat mictere, et retinere bestias in formis Plani in Tenimento Precepti, si quis uerò contrafecerit, pena decem sol. pro qualt. bestia, et uice qualibet puniatur &c.

De pena proijcientium lapides, et alias res per Grauaria dicti Castri &c.

STATVIMVS, et ordinamus, quod nulla persona audeat, uel presumat proijcere aliquod genus lignaminum, et lapidum in Grauaria iuxta dictum Castrum, incipiens à penna Podij usq. ad Domum Jubillei Colettæ, et qui contrafecerit incidat in penam uiginti sol. pro quolt. et uice qualibet &c.

De pena proijcientiũ Cineritiũ, ac alias immunditias in uijs, et locis publicis &c.

STATVIMVS, et ordinamus, quod nulla persona audeat, uel

presumat

presumat proijcere Cineritium, aut aliquam inmunditiam in uijs, et locis publicis dicti Castri, si quis contrafecerit pena decem sol. pro quolibet et uice qualibet puniatur, et quod omnes habentes domos prope uiam ab utraq. parte, incipien. à domo Sebastiani Machilli, et ut sequitur per Barghum dicti Castri, deueniens uersus Ecclesiam S.ti Stephani, et supra dictam Ecclesiam S.ti Stephani usq. ad domum, que olim fuit Alexandri Sarraceni, et nunc Pier Augustini eius fratris omni die Sabbati de Sero, incipiens à Calendis Mensis Maij usq. per totum Mensem octobris, teneantur, et debeant dictam uiam iuxta adiacentiam sue domus remundare, Contrafaciens uerò pena quinq. sol. pro quolibet, et uice qualibet puniatur.

De bestijs retinendis per Macellarios

STATUIMUS, et ordinamus, quod quotiescumq. per Massarios dicti Castri pro occurrentijs, et necessitatibus dicte Uniuersitati cuidam locari, seu uendi contigerit Macellum dicti Castri, liceat et licitum sit conductoribus, et emptoribus, seu Macellarijs eorundem retinere in dicto Castro, et eius Territorio pro usu, et manutentione dicti Macelli à Calendis Mensis Maij usq. ad Calendas Mensis 7bris omnem, et quemcumq. numerum Agnorum, In alijs uerò temporibus usq. in numerum quatraginta bestiarum, Castratorum, et Pecudinarũ ac etiam tempore congruo bestias decem porcinas, et quinquaginta bestias Caprinas pro usu d.i Macelli, et ad aliquam penam minime teneantur si uerò dicte bestie aliquod danum dederint in aliqua possessione seminata, Horto, Croco, Vinea, oliuis, Glandibus, et alijs fructibus, et Arboribus fructiferis alienis ad penam, et emendam teneantur iuxta formam Capituli generalis de dannis datis loquentis.

Adijcientes quod bestie Caprine retineri non debeant per eos in Possessionibus alienis, ubi essent Vites, seu Arbores fructifere

Contra=

contrafecerit puniatur ut supra in Capitulo generali de huiusmodi dāno et retemptione loquenti, sed eas teneantur ducere per uiam ad pasculandū in Siluis, et in locis, ubi dānum alicui inferri non possit, Si uero d.m Macellum locari, seu uendi non contigerit, tunc et eo casu liceat cuilibet Macellario facienti Macellum in dicto Castro, donec et quousq. dictū Macellum fecerit, et non aliter posse retinere omnem, et quemcumq. numerū Agnorum à Calendis Mensis Maij usq. ad Calendas Mensis septembris et in dictis alijs temporibus posse retinere usq. in numerum triginta bestiarum, imo Pecudes, Capras, Castratos, et Porcos, et non ultra.

De pena intrantiū in possessione aliena certo tempore.

STATVIMVS, et ordinamus, quod nulla persona maior decem annis audeat, uel presumat quoquomodo, et Causa de Mense Junij, Julij, Augusti, Septembris usq. ad medium Mensis octobris, et per totum dictum tempus transuersare, et in possessione aliena ubi essent Fabæ, legumina, Viciæ, Ficus, et alij quicumq. fructus ad usū humanū deputati, sine licentia Domini Possessionis, uel alicuius de familia. Contrafaciens uero etiam quod dannum non inferret pena uiginti sol. pro quolibet, et uice qualibet puniatur; Minores uero dictis decem annis, Maiores tm sex annorum in medietatem dictæ penæ puniantur, abinde uero Minores ad aliquam penam minime teneantur, et presens Capitulū locum non habeat in habentibus uiam, Iter, Jus, aut seruitutem aliquam eundi, et transeundi per dictam possessionem, quibus liceat recto tramite, absq. aliquo danno per eos inferendo manualiter, ire, et transire.

De arboribus existen. in Communibus potandis.

STATVIMVS, et ordinamus, quod omnes habentes Arbores quascumq. prope possessionem alienam per duos pedes Perticæ ad mensuram dicti Communis intra terminum duorum Mensium post aperturam

114v

turam presentium Statutorum diebus Arbores potare, et sic potatas singulis annis manutenere, contrafaciens vero pena decem sol. pro quolt, et quali arbore vice qualibet puniatur, et nihilominus potare ut supra teneatur, nisi aliter inter ipsos vicinos interesse habentes conventum fuerit, et presens Capitulum non habeat locum in arboribus fructiferis, sive ad faciendum fructus deputatis, et in arboribus habentibus vites, seu pergulas.

Adijcientes etiam, quod habentes Arbores infructiferas prope paratam Fluminis Naris per distantiam quinq. pedum a possessione Convicini ad predictam potationem non teneantur.

De Cereis fiendis Ecclesiæ S.ti Stephani.

STATUIMUS et ordinamus, quod Antepositi Universitatis dicti Castri, teneantur, et debeant per quindecim dies ante Festum Beati Stephani n(ost)ri Protectoris imponere collectam omnibus, et singulis hominibus, et personis dicti Castri, et habitantibus in eo et qui habitaverint ab uno anno supra ad rat(ione)m unius bol. pro quolt. foculari, et illam exigi facere per Camerarium, seu deputatum ab eis, et de eo quod exactum fuerit fieri facere unum, aut plures Cereos, et illos offerre per manus Camerarij eorudem in die soleni dicte festivitatis ad altare dicte Ecclesie.

Quam quidem Collectam quilibet solvere teneatur ut s.a sub pena dupli et si dicti Innantes, seu Antepositi in predictis fuerint negligentes pena decem librarum pro quolibet puniatur, et nihilominus predicta exequi, et adimplere teneantur, sub dicta pena applicanda pro medietate Cam.e Ill.mi D(omi)ni, et pro alia medietate Fabrice Ecclesie predicte.

Quod

Quod quilibet focularis teneatur contribuere in reparatione paratæ fluminis Naris

STATVIMVS, et ordinamus, quod quilibet focularis d. Castri teneatur, et debeat ad requisitionem Superstitum Paratæ Fluminis ad minus unam, vel duas operas prestare, et dare pro evidenti reparatione dictæ Paratæ in quolibet anno non obstantibus aliquibus excusationibus in non haben. debitas possessiones contribuere in reparata predicta sub pena decem sol. pro quolibet, et vice qualibet, et nihilominus ad pred.a omnino teneatur sub dicta pena

De officialibus secretis, et publicis omni anno fiendis

STATVIMVS, et ordinamus, quod Antepositi qui pro tempore fuerint in futurum omni anno de Mense Maij in principio d. Mensis teneantur, et debeant eligere quatuor, aut plures Custodes, et officiales secretos ad Custodiendum fructus et perquirendum dannum dantes personaliter fabis, leguminibus Vuis, et fructibus alienis in pertinentijs dicti Castri existentibus, qui sic electi teneantur, et debeant per manus D. Comissarij, et eius Curiæ iurare eorum officium in forma, et eorum officium duret, et durare intelligatur à principio Mensis Maij usq. ad medietatem Mensis octobris, qui Custodes, et officiales teneat. et debeant singulis diebus, et horis congruis perquirere personaliter d.d. et quos invenerint d.d. de octo diebus in octo dies teneantur, et debeat referre Curiæ, seu deputandis ab ea, et nomina ipsorum officialium in secreto retineantur, et eorum Accusationibus, et relationibus plena fides adhibeatur. Et prefati officiales Secreti, aut publici ut supra pro eorum labore, et mercede respectiue habeant tertiam partem penarum de accusationibus, et relationibus ut supra, aliæ vero duæ tertiæ partes sint Communis, et Curiæ, et si dicti officiales, et Guardiani in p.tis

fuerint

fuerint negligentes in non perquirendo accusando et referendo ut supra pena quinque librarum pro quolibet ipsorum et quolibet mense puniatur, et si dicti Antepositi in predictis eligendis ut supra fuerint negligentes pena decem librarum pro quolibet puniantur, et nihilominus ad predicta adimplendum sub dicta pena intra alium Mensem inmediate sequentem, et sic successive fiat singulis Annis.

De Horto ab unoquoque dicti Castri fiendo

STATVIMVS, et ordinamus, quod post aperturam presentium Statutorum quilibet Jocularis teneatur facere, et habere unum hortum ad minus Mensura unius Stadij, in quo plantare, et habere teneatur congruis temporibus Allia, Cepas, Caulos, Citrullos, et alia Olera, et quod Antepositi, qui pro tempore fuerint teneantur, et debeant in principio Mensis Maij intra otto dies inquiri, et perquiri facere, et quos repperiuerint in predictis contrafacere Curie referre, et si in predictis fuerint negligentes pena unius Floreni pro quolibet ipsorum Innantium et pro quolibet Studiose omisso puniantur, Prefati vero negligentes in faciendo dictum Hortum, et non habentes in tempore perquisitionis ad minus de dictis oleribus Allia, Cepas, et Caulos puniantur in libris quinque pro quolibet.

Et volumus quod huiusmodi negligentes facere hortum, et dannum aliquod dederint Hortis alienis duplicata pena, qua ex forma Statutorum venit imponenda pro quolibet, et vice qualibet puniatur.

De pena mictentium Canapim ad macerandum in form. maiori, et alijs formis

STATVIMVS, et ordinamus, quod nulla persona audeat, vel presumat in futurum immittere, aut retinere Canapam ad Macerandum in infrascriptis Formis existentibus in Lacu dicti Castri

Vz. in forma maiori, incipiendo à capite dictæ formæ, et ut sequitur prose=
quendo usq. ad locum deputatum pro Ponticello fiendo iuxta res heredum
Vespasiani Pauli, quæ olim fuerunt Morichitti Jo: Martini, et Jo: Argen=
tini de Montefranco, ac etiam duobus formis iuxta uiam publicam dicti
Lacus existentibus, incipiendo à capite dictarum formarum, et ut seq.
iusta dictam uiam prosequen. usq. in locum Ponticelli deputati ut supra
contrafaciens uerò in libris tribus pro quolibet, et uice qualt puniatur.

In Dei nomine amen Registratio ordinis S. E. Ill.mæ
facti super reparatione Tessini Terræ Precepti appositi in p.nti Volu=
mine de mandato Mag.ci D.ni Bernardini Attij Comissarij ad requi=
sitionem Superstitum dicti Tessini, et de uoluntate Mag.corum D.D.
Virgilij Prudentij, Mariani Bonifatij, et Gismundi Felicis ad p.ns
Priorum Status Ferentilli per me infrascriptum Notarium, et Mag.cæ
Comunitatis Cancellarium, de uerbo ad uerbum, prout iacet, in quodam
folio mihi tradito, et per me restituto dictis Superstitibus, cuius tenor talis
est Vz.

Alberico Cybo Principe.

In uirtù delle presenti n.ri ordiniamo, et Commandiamo à tutti, et à ciasche=
d'uno degl'huomini del Borgo del Precetto, che soggiacciono al riparo
del Tessino, quale pur troppo spesso inonda, et minaccia rouina alle Case
del detto Borgo, che ogn'uno per la sua parte, secondo la stima fatta dal
Mascardo già n.ro Auditore, et di sua Commissione delle Case di esso
Borgo da Ascanio di Fabiano, et s.r Ursino Vall.o della Mattarella, che
due uolte l'anno ogn'uno come di sopra nel principio del Mese di Settem=
bre sino alli quindici del detto Mese, et nel principio del Mese di Marzo
sino alli undici dell'istesso Mese, secondo lo sarà ordinato dal Alfier
Fioravante Carbonaro, et Celabro Jubillei Soprastanti, ò altri che fossero
deputati à tal Cura habbi fatto, et finito di fare la parte che ti peruiene
di

116 v

del Bastione, che stà nel Tessino appresso la Colombara di Sforzino, et li beni di Giouan de Mattiolo, et come seguita alle Casegia de Giouenale ben pastinato di Pioppi, Salci, et Vetreche, et similm.te la Vniversità di Precetto habbia in detto tempo finito la parte sua del Bastione, secondo li ordini, et decreti di m. Propertio Catanergia nro mandato sotto pena de diece scudi à ciaschuno, che contrafarà alli sopradetti ordini, et che sarà negligente di compire alla parte sua, da applicarsi la metà della pena de fatto alla Camera nra, et l'altra metà alla fabrica del detto Bastione, et Corte essequente per la rata, et che il Comissario presente, et futuro debbano favorire sempre il buono effetto, et essecutione di detta opera, et come sopra nelle pene, altrimenti sia tenuto, et obligato del suo proprio in caso che mancasse, al suo sindicato da pagarle confirmando tutti gl'ordini, et decreti fatti intorno di ciò per li tempi passati dalli sottonominati, cioè dal Moscardi, m. Giacom' Ant.o Tomacci Auditore, da m. Perseo Cataneo, et dal Sig.r Achille Cybo sopra il detto Bastione, et muraglie fatte, et da farsi per riparo in ogni miglior modo. Dat. in Ferentillo 19 di Aprile 1588 il che s'intenda anco quante volte bisognarà, et li serà commandato.

Alberico Cybo Principe &c.

Ego Teodorus Raspinus de Precepto publicus apostolica auct.te Not.s in Archivio Abb.no S.mi D.ni descriptus, et ad presens mag.ce Com.tis dicti Status Cancell.s registraui ut supra, salua semper Coll.ne

Castri

CASTRI RIVOSI SPECIALIA

De Offᵒ Antepositorum et modo, et ordine eos extrahendi

STATVIMVS, et ordinamus quod Antepositi Castri Cassariosi qui pro tempore fuerint de Bussulo extracti, dummodo non sint Debitores in aliquo Vniversitatis dicti Castri teneantur, et debeant in principio eorum officij iurare in forma, ac teneantur, et debeant durante eorum officio pro occurrentijs dictæ Vniversitatis convocari, et cohadunari facere Arrengam generalem sive Consilium, prout eisdem opportunum videbitur cum presentia D. Comitis seu eius Curiæ, in quo quidem Consilio, seu Arrenga proponi faciant dictas occurrentias, et si in predictis fuerint negligentes pena duarum librarum pro quolibet, et vice qualibet puniantur, Curiæ, et Fabricæ Sᵗⁱ Antonij dicti Castri equaliter applicandarum. Ac etiam teneantur, et debeant deliberata, et ordinata per dictam generalem Arrengam, seu Consilium, tam tempore eorum officij, quam ante pro eorum posse exequutioni demandare, et si secus fecerint condemnentur per Sindicum dicti Castri pro interesse dictæ Vniversitatis arbitrio ipsius Sindici declarandi. Et prefati Antepositi teneantur, et debeant per inventarium, et in scriptis assignare eorum Successoribus in officio omnes occurrentias dicti Castri, ac decretata, et deliberata tempore eorum officij, et quæ exequutioni demandare non potuerint, ac debita, et credita dicti Castri tempore eorum officij facta sub dicta pena, et dicti Antepositi teneantur, et debeant omnes, et singulas expensas tempore eorum officij factas habere debentibus penes librum dictæ Vniversitatis deliberare, et describi facere &

Ac etiam omnia debita, et credita, quæ non deliberaverint, et in dicto libro describi non fecerint de eorum proprio solvere teneantur.

Ac etiam prefati Antepositi teneantur, et debeant sub vinculo per eos prestiti iuramenti, et pena quinque librarum pro quolibet applicandarum ut supra in

principio

117v

principio eor: officii termino otto dierum eligere et dsibi facere penes librum dicte Universitatis unum Cam: et unum Sindicum ad Sindicandum eorum Precessores in officio et Cam: dicte Universitatis in fine eorum officii.

Teneanturq. intra predictum terminum eligere duos Sanctesios uel Procuratores ecclesiarum dicti Castri, et eis, et cuilibet ipsorum per baiulum Status Ferentilli notificari facere intra tres alios dies ex tunc proxime uenturos ad dictam penam, quod Antepositorum officium duret per unum Annum tm, et quod extracta ultima pallutta Bussuli dictorum Antepositorum Antepositi ultimo loco extracti in principio eor: officii intra Mensem debeat eligere decem, et otto homines de magis idoneis, et aptis.

Et facta dicta electione una cum D. Comissario Status Ferentilli eligere debeant medietatem dictorum electorum VI pro tribus annis, de quibus fiant tres cartucie, in qua cartucia scribantur noia trium electorum.

Et quelibet cartucia in Pallutta cerea inuoluatur et in bussulo reponatur quod duret per tres annos ut supra, et sic successiue renouetur ut supra et tales electos in secreto debeant retineri, et nemini propalari sub uinculo per eos prestiti Juramenti, et pena uigintiquinq. librarum pro quolibet propalante, uel propalato, et uice qualibet applicand. ut supra; quod bussulum seruari, et reponi debeat sigillatum cum sigillo dicte Universitatis penes R. Plebanum dicti Castri, de quo bussulo annuatim extrahi debeat una Pallutta in Calendis Mensis Januarii per pdictum R. Plebanum.

Et si in predictis fuerint negligentes incidant in penam quinq. librarum pro quolibet applicand. ut supra, et quod dicti Antepositi teneantur, et debeant omnes, et quascumq. pecuniarum summas, et quecumq. alia bona dicte Universitatis peruenire facere ad manus Camerarii, et non alterius persone, et continuatim ad eius introitum describere, et ipsi Antepositi quoquomodo non capiant, nec ad eor: manus peruenire faciant.

et si contrafecerint incidant in penam quinq. librarum pro quolibet contrafacienti ut supra, et nihilominus dicte Universitati teneantur restituere.

restituere duplum illius, quod ceperit.

Et dicti Antepositi pro occurrentijs dictæ Vniversitatis de eiusd. pecunijs impendere possint usq. in Summam quinq. librarum, et non ultra ut dictum est supra cum decreto Arrenghe dictæ Vniversitatis, et si secus fecerint, de earum proprio reficere teneantur Camerario dicti Castri quicquid ultra d.m Summam inpendiderint sub dicta pena; Nec non teneantur, et debeant dicti Antepositi reaptari, et manuteneri facere Puteum de Colle leuo annuatim, sub pena quinq. librarum pro quolt applicand. ut supra; Item teneantur, et debeant annuatim celebrari facere Missas in die Consecrationis S.tæ Luciæ, et similiter in die Consecrationis fontis Baptismatis, prout eis expedire videbitur.

De Officio Camerarij

STATVIMVS, et ordinamus, quod Camerarius dictæ Vniversitatis post aperturam presentium Statutorum teneatur, et debeat iurare in forma, et quod debeat penes se habere, et tenere duos libros, ex quibus libris in uno describi faciat omnia debita, et credita Vniversitatis p.tæ in altero vero solummodo describantur decreta, et Consilia dictæ Vniversitatis pro tempore fiend.; et si negligens fuerit in stto suo officio sindicetur, et condenetur in libris quinq. applicand. pro medietate Curiæ et pro alia Ecclesiæ S.ti Antonij, et quod dictus Camerarius nõ audeat aliquid de pecunijs dictæ Vniversitatis expendere sine expressa licentia ad minus duorum Antepositorum qui pro tempore fuerint, et si secus fecerit eidē in suo computo minime admictatur.

Et quod post Computum sibi factum de suo introitu, et exitu intra otto dies tunc sequentes teneatur, et debeat effectualr consignare suo Successori omne id et totum, et quicquid in quo ipse fuit in suo Computo condenatus et si secus fecerit condanetur in pena quinq. librarũ applicand. ut supra, et eius officium duret per annum

De

De Cereis fiendis

STATVIMVS, et ordinamus, quod homines V̄ pro quolibet foculare dicti Castri ad reuerentiam, et honorem Beati Nicolai, et Antonij de Mense Januarij, et Beatæ Luciæ teneantur, et debeant ad omnem simplicem requisitionem Sanctesior. et Procuratorum dictarum Ecclesiarum seu deputandorum ab eis soluere bol. unum pro quolibet, et qualibet festiuitate prædicte, de quibus in qualibet festiuitate debeat fieri, et offerri ad altare dictæ ecclesiæ unus Cereus per Antepositos, seu Camerarium d. Castri et si quis recusauerit soluere in duplum nomine pena puniatur, applicandæ Curiæ et fabricæ dictarum Ecclesiarum, et si dicti Procuratores, et Sanctesij fuerint negligentes in exquirendo et faciendo d.m Cereum ac etiam in exactione dictarum penarum, pena unius libræ pro quolibet et uice qualibet puniatur, et nihilominus ad predicta teneantur sub dicta pena applicanda ut supra.

De pena lauantiu et facientiu inmunditias in fontibus dicti Castri

STATVIMVS, et ordinamus, quod nulla persona de d.o Castro uel aliunde audeat, uel presumat lauare in infrascriptis fontibus, nec in eis aliquam inmunditiam facere, neq. prope dictos fontes ad sex pedes perticæ, Si quis uero contrafecerit pena uiginti sol. pro quolibet, et uice qualibet puniatur V̄ in fonte posito iuxta portam dicti Castri in fonte Collis oliuarum, in fonte Carpij in uocabulo ubi uulgo dicitur il Trocho, et fonte dicti Carpij iuxta bona S.ti Siluestri, et etiam publicam.

Volumus etiam, quod contrafaciens tam per officialem, seu exequutorem Curiæ, quam per officialem dannor. datorum accusari possit.

De

De pena retinentium bestias ad guardiam [illegible]

STATVIMVS, et ordinamus, quod nemo de dicto Castro audeat uel presumat retinere, seu retineri facere bestias forenses ad guardiam tam de dicto Statu Ferentilli, quam aliunde, et qui Contrafecerit incidat in penam unius Floreni pro qualibet bestia ad guardiam tenta. Volumus etiam quod liceat unicuiq; de dicto Castro cum uno teste fidedigno Contrafacientes accusare. .i.j.

De pena retinentium ultra duos Porcos, et quod possint retinere in certis locis, et temporibus. .i.j.

STATVIMVS, et ordinamus, quod nemo de dicto Castro, uel aliunde audeat, uel presumat retinere in Territorio dicti Castri ultra duos Porcos aptos ad Carnem, et qui contrafecerit incidat in penam decem sol. pro quolibet Porco, et uice qualibet ultra dictum numerum.

Volumus autem quod a medietate Mensis Augusti usq. ad medietate Mensis Januarij liceat unicuiq. de dicto Castro in suis possessionibus preterquam in Seruitis dicti Castri omnem et quemcumque numerum Porcoru retinere uel retineri facere absq. aliqua pena, et si danum dederint, uel aliquo modo in possessionibus alienis d. d. incidant in penam predictam pro quolibet, et uice qualibet.

Adijcientes quod illi duo Porci, qui impune retineri possunt, possint retinere, et pasculare a Calendis Mensis Aprilis usq. ad Calendas Mensis Octobris in tenimento Costarum Podij, et Machie predicti absq. aliqua pena, et si ultra dictum tempus d. d. tam in locis predictis, quam in alijs incidant in penam predictam.

Volumus etiam quod si quis ausus fuerit retinere Porcam, uel Scrofam Porcellos habentem in Territorio dicti Castri incidat in penam uiginti sol., et tam per officiales d. d., quam extraordinarios in dies accusari possint ubiq. etiam in proprio stabulo Dni dicte Scrofe.

De

De pena m[illegible]entium bestias in stipulis [illegible] sunt Mete

STATVIMVS, et ordinamus, quod Pauperes, et Miserabiles persone post Messem factam spicas grani, uel aliorum frumentorũ recolligere possint, nemo audeat, uel presumat mictere, seu bestias retinere in stipulis existentibus in eis Murchis, uel Metis sub pena quinq. sol. pro qualibet bestia grossa, et duorꝫ sol. pro qualt. bestia minuta, preter quam in proprijs possessionibus.

De pena retinentium bestias in Monte S.ti Angeli

STATVIMVS, et ordinamus, quod nemo de dicto Castro, uel aliunde audeat, uel presumat mictere, seu retinere bestias cuiuscumq. generis in Monte S.ti Angeli, prout in Privilegio feudi Montis predicti, cũ terminis, et limitibus cum quibus circundatus est sub pena decem sol. pro qualibet bestia grossa, et sol. duorꝫ cũ dimidio pro qualt. bestia minuta, uice qualibet.

De pena d. d. cũ bestijs in pratis Collis lozoli

STATVIMVS, et ordinamus, quod nemo de dicto Castro audeat uel presumat mictere, aut retinere bestias in Pratis Collis lozoli, sub pena decem sol. pro qualibet bestia grossa, et duorum sol. cum dimidio pro qualt. bestia minuta, et hoc intelligatur quando per universitatem dicti Castri dicti prata locata fuerint, uel aliquo modo ad eius instantiam pro herba Signata fuerint.

De pena retinentium bestias in infrascriptis locis sine licentia

STATVIMVS, et ordinamus, quod nemo de dicto Castro uel

uel aliunde audeat, uel presumat mictere aut retinere bestias tam grossas
quam minutas infra infrascripta Confinia sine licentia Vniuersitatis dicti
Castri, uel Antepositorum, qui pro tempore fuerint sub pena decem bol. pro
qualibet bestia grossa, et unius bol. pro qualibet bestia minuta Vz.
incipiendo ad aquam Corcogie al Piano de Corso ascendendo ad aquam sera=
tinam alla giola alla penna delle Stanze al Ceresceto, allo Schiodo per la uia
insino al Prato di Domenico di Bernardo di Casarioso Voc. doue se dice
la Forcha di Calmarano, dipoi descendendo per il Fossato di Monte Rotondo
al Rottiglione al laco de Rigoiti alla grotte di Rigoiti allo stritto per la
uia di Campo longo alla noce di Pelione ascendendo all'acqua delle Carcere
per la penna indiritto, alla fonte della giarua, alla penna rossa a penna
niola, ascendendo insino alla forcha delli Sacrati &.

De pena d. d. personalr aut cum bestijs in bonis Sti Egidij

STATVIMVS, et ordinamus, quod nemo de dicto Castro, uel
aliunde audeat, uel presumat mictere, aut retinere bestias in loco infra
sub pena decem sol. pro qualibet bestia grossa, et sol. quinq. pro quali-
bet bestia minuta, et si quis etiam incidendo d. d. si arbores, uel arborem
inciderit, incidat in penam unius Floreni pro qualibet arbore, si d. d. ad
Vuas, et Hortum incidat in penam uiginti bol. pro quolibet et uice quali-
bet incipiendo a quadam Cruce lignea supra predictam Ecclesiam, exeundo
per uiam supra fontem Sti. Egidij Vz. ad quemdam Limitem in pede pos-
sessionis Stae Mariae exeundo recte ad Pinnam usq. ad dictam Ec=
clesiam: &.

De

De pœna mictem bestias caprinas pecudinas uac^nas porcinas equinas, et similia infra has Senaitas

STATUIMUS, et ordinamus, quod nulla persona tam dicti Castri, quam aliunde audeat, uel presumat mictere, aut retinere aliquas bestias Caprinas, Pecudinas, Vaccinas, Porcinas, Cavallinas, et similia & incipiendo à Molendino Massij exeundo ad possessionem Florentini Innocentij, ascendendo ad Ragnatorium ubi dr Columbariu ad pinna altam ad domum Prioris, descendendo ad scopulum Costæ iuxta per pedem possessionis Santis Carbinarij sequendo recte ad forcam, sequendo recte per uiam ad possessionem Filitiani Marsilij recte exeundo per caput dictæ possessionis et exeundo recte ad quemdam semiculum in capite possessionis Paridis Matthei usq. ad uiam, et per uiam usq. in possessionem Luciani Johannis, et per caput possessionis pred. Jo: Francisci Bernardini per caput possessionis Fabiani pro Ecca, quæ à Credonio habetur colitur, et descendendo ad fontem ortalis per uiam ad fossum fornacchiæ heredum Jo: Lauretj per uiam ornetti ad ragnatorium heredum Bellocij, et descendendo per dictum Ragnatoriu in uiam, et per uiam ad fontem Cantalupi recte per caput possessionis heredum Petri, et per caput possessionis Tiberij Bernardini, et exeundo recte per caput uinearum, exeundo recte ad Turricella per semita usq. ad oliuetum Jo: Bernardini Mariani.

Et postea ascendendo iuxta oliuas Dominici Berardi, et ad scopulu iuxta oliuas Sr Pauli Cruulei, et exeundo per Collem Purellæ usq. in semitam per quam itur ad Eremitorium Stæ Crucis usq. ad dictum Eremitoriu et descendendo in uiam, et per uiam usq. ad Turrim Podij descendendo ad Pinnam Scalellarum, et descendit ad Molendinum heredu Marioli de Precepto, et ascendendo recte usq. ad quadam domunculam, seu Casetta Giorgij Carlonis de Precepto ad scopulum Costæ iuxta. Volumus etiam quod

inpune in ueu Costarum Podij et Machie Pulisi etiam per oliuas bestias somarinas retineri possint. Adijcientes etiam quod inpune in u. d. Osteiurate omnes bestias retineri possit, et qui in predictis contrafecerit incidat in penam quinq. sol. pro qualibet bestia grossa, et in sol. duobus cu dimidio pro qualibet bestia minuta. Vl si d. d. in possessioni leu Anbolate tidero d. d. in locis siluatis intus dictas Senaitas Dnus bestiarum pro qualt bestia grossa in sol duobus cum dimidio, et pro qualt minuta in medietatem dicte pene.

Liceat tamen per uias intus dictas Senaitas ducere, ac etiam Volumus quod Possessiones, que sunt penes uiam, qua itur ad siluam Sacratoru, et non fuerint sepe, uel muro clause bestie d. d. ad pena minime teneant.

Et de hoc stetur iudicio Antepositorum dicti Castri, Adijcientes quod si bestia danum non dederint in loco, qui uulgo dr le Virsciana inpune retineri possint.

De Senaitis Collis Oliuar.

STATVIMVS, et ordinamus, quod nulla persona tam de d.° Castro, quam aliunde audeat, uel presumat mictere aut retinere aliquas bestias infra has Senaitas Collis oliuarum. Vl incipiendo ad fontem cignosi recte in caput collis Molendinorum Vl in pede oliuarum Benedicti Felicis, et Dominici Berardi recte in pede possessionis Vespasiani Massarij Aboriconi, et exit recte per uiam per quam itur ad Fornacchias Castani et per dictam uiam usq. ad Collem Jo. Felicis laurentij, que olim fuit Bartolomei Mariniti, et exit recte per uiam Arenarij, et recte ad scopulum subptus Montem S.ti Angeli, et exit recte per pinnam rubeam descendendo usq. ad fontem Cignosi, et qui in predictis contrafecerit incidat in penam quinq. sol pro qualt bestia grossa, et in medietatem d.e pene, pro qualt bestia minuta puniatur.

Volumus autem, quod si bestie d. d. in locis siluatis intus dictas Senaitas incidat in penam duorum sol. cum dimidio pro qualt bestia grossa et

121v et uice qualt et pro qualt minuta in medoetatem dicta pena.

Quod unicuiq. liceat retinere bestias in Monte Camporum

STATUIMUS, et ordinamus, quod unicuiq. de d.o Statu liceat non obstantibus quibuscumq. Statutis, et prohibitionibus S.a factis impune retinere quæcumq. animalia etiam ultra numerũ in pertinentijs Montis Camporum, et in dicto Monte, quæ si dannum non dederint ad aliquã penam minime teneantur, si uero d. d. pena gnalis Capituli puniantur.

De glandibus bandiendis

STATUIMUS, et ordinamus, quod quilibet de d.o Castro, uel aliunde habens glandes intus confines dicti Castri bandiri facere teneatur, et si bandiri facere neglexerit dannum dantes ad aliquam penam non teneantur; Si quis uero post dictum bandum cum animalibus dãnum dederit, aut personalr scilicet à Calendis Mensis Octob. usq. per totum Mensem Nouembris gnalis Capli pena puniatur.

De pena facientium Cesam incidendo, et aucupando in Silua Orneta

STATUIMUS, et ordinamus, quod nulla persona audeat uel presumat sine licentia Massariorum dicti Castri Cesam in Silua Ornetæ facere sub pena decem ducatorum auri pro qualt, et uice qualt ab eo auferend. applicand. ut infra.

Si quis in dicta Silua inciserit, seu ligna fraschas, Perticas, Palos, aut aliqua lignamina fecerit in dicta Silua pena unius ducati auri pro qualt Contrafaciente, et uice qualt puniatur.

Si quis uero aucupatus fuerit, uel uettauerit in d.a Silua Orneta de die aut de nocte, cum aliquo genere Retium, uel alio Instrumento ad capiend.

aues

È di parere vedendosi per lunga esperienza li danni grandi che fanno le Capre in questo Territorio di Casarioso tanto alli Arbori fruttiferi, quanto à pastini et alle Selue, oltre all'impedimento, che danno alli huomini che uogliono pastinare, che in questo Territorio non se n'habbia à tener nessuna da qual si uoglia persona sotto pena di cinquanta scudi da applicarsi alla Camera dell'Ill.mo et Ecc.mo Sig.r Principe, et della perdita delle Capre da applicarsi alla Corte che ne farà essecutione, et che à quelli che hoggi si trouano hauere, et tener dette Capre se lo dia termine, et tempo à uenderle ò cambiarle in pecore per tutto il Mese di Settembre prossimo che uerrà, acciò non habino à uenderle Contratempo et perdita, et passato detto tempo contro quelli che nò le haueranno leuate si proceda senza remissione alcuna, et che per l'auenire li Antepositi che saranno per il tempo per termine di uenti anni non si possa proponere in Conseglio di hauerle à rimettere dette Capre in questo Territorio sotto pena di cinquanta scudi per ciascheduno Anteposito da applicarsi alla Camera del prefato Ill.mo Sig.re se prima non sarà ordinato altrimente da S. E. Ill.ma riseruando però sempre il beneplacito di quella, et tanto è il suo parere.

Super 2.a propositione consuluit, quanto al uender dell. Conserue, essendo che quelle siano fatte à seruitio del Bestiame bouino, et Vaccino è di parere che non si habino da uendere, et massime per non dar occasione di trattenere qui questo Inuerno le Capre, acciò non habino materia di andare per le altrui possessioni.

Gentil Angelus Johannis alter Consiliarius super prima confirmauit dictum et consultum D. Aurisdei Florelli.

Super 2.a propositione dixit ut infra V3 Che esso è di parere, che le Conserue si uendano come è solito li anni passati.

Moritius Dom: super prima propositione consuluit, che esso è di parere, che ogn'uno facci li fatti suoi, et chi uuol pastinare pastini, et chi uuol tenere le Capre le tenghi, et che si metta pena un carlino per Capra quãdo fanno danno alle Possessioni.

Super 2.a dixit si uendano le Conserue, come gl'anni passati.

Marcus

123v Marcus Juvenalis super prima et secunda propositione confirmavit votum Dni Aurisdei in omnibus, et per omnia.

Flamminius Bernardini sensijt idem

Camillus Leonardi sensijt prout D. Aurisdeus in omnibus, et per omnia.

Moriconus Desiderij idem sensijt.

Joseph Florellus id sensijt super pa propositione, super 2a contra votum Gentil Angili.

Leander Dominici super prima propositione dixit che le Capre si tengano come prima, et de più se lo dia Torneta, et il Monte di Sto Angelo, et che nelle possessioni pastinate sia pena il doppio del danno.

Super 2a propositione dixit, che si vendano le Conserve secondo li altri anni passati, et li pagamenti si facciano la metà à Pasqua et l'altra metà ad Agto.

Jo: Pacis Antonij super prima, et 2a propositione consuluit votu D. Aurisdei Florelli.

Jo: Dominicus Johannis idem sensit.

Mag. D. D. Anteposit. visis &c mandarunt poni ad bussulas, et palluctam seu fabas votum D. Aurisdei Florelli super prima propositione quo ad Capellas, et ille qui voluerit votum D. Aurisdei ponat fabam in birretto rubeo del sì, qui aliter sensit ponat fabam in birretto nigro del nò.

Et datis fabis, ac illis restitutis fuerunt repertę in birretto rubro del sì fabę no 46. non obstantibus in contrarium fabis undecim in birretto nigro del nò repertis, adeo quod fuit obtemptum votum D. Aurisdei Florelli.

Deinde pti D. D. Antepositi mandarunt poni ad Bussulum, et palluct. seu fabas super secunda propositione votum D. Aurisdei Florelli, et votum Gentil Angeli, et ille qui vult votum D. Aurisdei ponat fabam in birretto rubeo del sì, et ille qui vult votum Gentil Angeli Johannis ponat fabam in birretto nigro del nò;

Unde publice, et palam datis, et restitutis fabis, fuerunt repertę fabę in birretto rubeo no 26. et in birretto nigro fabę no 38 quare fuit obtemptu

obtentum uotum Gentil Angeli Johannis omni melior modo.
Quibus omnibus retroscriptis Ego Pirrus Bonfacc de Canthiano Eugubinen
Diocesis publicus apostolica (Dei gratia) auct. Not. de ordine, et mandato
Mag. D. Comissarij suprad. ut Cancellarius eiusdem interfui, et presens fui
et rogatus scribere scripsi, et publicavi, et in hanc publicam formam re-
degi. In quorum fidem me subscripsi apponendo meum quo in similibus utor
signum solitum, et consuetum rogatus, et requisitus.
Loco # signi Pirrhus Bonfacc Not. et Canc. suprascriptus.

Confirmiamo à beneplacito nro di Genoua 25 luglio 1578

Il Principe di Massa

Julio Pizzuti de m.

Et Ego Theodorus Raspinus de Precepto Status Ferentilli publicus ap.lica
auct. Not. quia presentem copiam ut supra extractam ex suo proprio Ori-
ginali manu propria scripsi Sr. Pirrhi Notarij unà cum Sr. Laureto Raspino
de dicto Castro Precepti collationaui et concordare inueni precibus dictor.
Antepositorum Castri Riuosi; cum licentia Mag.ci D. Laurentij Timotti
de Gatteo Ariminen. Diocesis in dicto Statu Ferentilli Comissarij pro
Ill.mo et Ex.mo D. Principe Massæ in hanc publicam formam redegi, et
in fidem signum quo in similibus utor apposui consuetũ rog. et req.
Loco # signi

Die 7.a Ottobris 1578

Camarra p.co retulit mihi Not.o se ad instantiam Antepositorũ Castri
Riuosi bandidisse, et bandimenta fecisse in infrascriptis locis V3 Ma-
cenano, Colle Ponte, Umbriano, et Sambucheto in locis solitis dictorũ Castro-
rum, et Villarum, nè quisuis hominũ de dictis Castris, Villis sub ali-
quo pretestu auderet, uel presumeret mictere Capras ad pascolandũ in

Serr.o

Territorio dicti Castri, sub pena scutorum quinquaginta Cam.ae applicand.
nec non amissionis Caprarum, quæ fuerint inventæ ad pasculandum
in dicto Territorio, prout latius in capitulis dictorum Massariorum dicti
Castri Rivosi ad quos &c. et alia fecisse &c. presentibus Sr. Hectore Ant.o
de Inverrana, et Camillo Cesaris de Pabio testibus &c.

Die 16 ottobris 1578.

Jo: Politi p. b. et iuratus nuncius Communis Abb.e Ferentilli retulit mihi
Notario se ad instantiam, et Comissionem Antepositorum Castri Rivosi
alta, et intelligibili voce bandidisse, seu preconizzasse in dicto Castro
Rivoso, et in Castro Precepti, et in Castellono in locis solitis, et consuetis
dictorum Castrorum, ne quis de dictis locis audeat, vel presumat mictere
bestias Caprinas ad pasculandum in Territorio dicti Castri Rivosi, sub
pena scutorum quinquaginta, et amissionis bestiarum, quæ fuerint
inventæ, et ita bandidisse fecisse dixisse ut eidem impositum fuit
Juravitque tactis &c. presentibus Bernardino Ragonesio, et Paulo &c.

Ego Teodorus Resp.s de Precepto Not.s, et Canc.s rog. &c.

In Dei nomine amen, Anno à salutifera Nativitate
eiusd. 1595, indictione octava, tempore Pontificatus S.mi D. N. D.
Clementis divina providentia Papæ octavi anno eius quarto feliciter
amen die vero 6. Xbris eiusd. anni &c.

D. Marsilius Rubeus, Honofrius Rosietti, Lausus Jo: Dom.ci ad presens
Antepositi Castri Rivosi Status Ferentilli.

